



1702.

27. Skykus, Jo. Samuel: De inconveneris festorum. Programma.  
inaugurale. (ad disputationem inaug. Conradi Ludovici Weyheri  
instit.)
28. Skykus, Jo. Samuel: P. ord. et. facult. jurid. ... Decanus.  
Programma de favore testamentorum non favorabilis, quo  
ad disputationem inaug. de testamentis conjugum reciprocis  
a ... Christiano Ferd. Amis ... habendum ... instit.
- 29<sup>a. b.</sup> Skykus, Jo. Samuel, Prof. ord. et. fac. jurid.: Decanus: Programma.  
de libertate vendendi non libere, quo ad disputationem inaug.  
de jure apostolice seu proscripti a Jo. Davide Haackis ...  
habendum ... instit. 2 Sampt
30. Skykus, Jo. Samuel: De inconveneris festorum. Programma.  
inaugurale. (ad disputationem inaug. Conradi Ludovici Weyheri  
instit.)
31. Skykus, Jo. Samuel: De eo, quod injustum est esse  
juramentum extrajudiciale.
- 32<sup>a. b.</sup> Skykus, Jo. Samuel: De exceptione deficientis sigillo  
2 Sampt. 1702 & 1739.
- 33<sup>a. b.</sup> Skykus, Jo. Samuel: De jure apostolice seu proscripti.  
2 Sampt. 1702 & 1739

34. Strykier, Fr. Samuel: De jure subcollectandi
- 35<sup>no 2</sup> Strykier, Fr. Samuel: De testamento conjugum reciproco  
2 Sumpt.
- 36<sup>no 1. 2</sup> Strykier, Fr. Samuel: De delatione juramenti in matrimonialibus. 2 Sumpt.
37. Strykier, Fr. Samuel: De prelatione votis et fidei mutua  
in concursu crescentium
38. Strykier, Fr. Samuel: De jure septidui in specie de septi-  
duo processus Sarmici
39. Strykier, Fr. Samuel: De facto judicii in quantum de jure
40. Strykier, Fr. Samuel: De jure singulari feminarum Hambur-  
gerum
- 41<sup>no 1</sup> Strykier, Fr. Samuel: De interrogatoriis in septis. 2 Sumpt.
- 42<sup>no 1</sup> Strykier, Fr. Samuel: De jure liciti sed non honesti  
2 Sumpt.
- 42<sup>no 2</sup> Strykier, Fr. Samuel: De jure liciti sed non honesti.
- 43<sup>no</sup> Strykier, Fr. Samuel: De jure Sabbati. Et. 4. cui accedit  
non profolio presentis et sane epistole respondentis.



43<sup>6</sup> / 2 Skypius, Joh. Samuel: De jure sabbathi. Animum est progre-  
num in incommodis fortium. Recens. 1749.

43<sup>6</sup> / 2 Skypck, Joh. Samuel: Tractat vom Recht des Sabbaths.  
Aus d. Galizische im Deutsche übers. durch Joh. Christoph  
Späthm, Rector an Schulen zu Magdeburg in Anhalt. Fran-  
furt 1702.

44. Skypius, Joh. Samuel: De jure praepolionum.

45. Skypius, Joh. Samuel: De certificatione jurium et  
municiantorum

23

II

*let J*

RE

D

RE

CO

D

V



1703 356 34.  
22  
2. D. B. V.  
THESES INAUGURALES  
DE

TESTAMENTIS  
CONIVGVM RECI-  
PROCIS,

Quas  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
DN.

FRIDERICO WILHELMO,  
REGNI BORUSSICI, ELECTORATUS, ET PROVINCI-  
ARUM BRANDENBURg. HEREDE, & reliqua,

IN ACADEMIA REGIA FRIDERICIANA  
EX DECRETO ILLUSTRIS FACULTATIS IVRIDICÆ,

P R Æ S I D E

DN. IO. SAMVELE STRYKIO, D.

PROFESSOR. PVBL. & h. t. DECANO,

PATRONO SVO PER OMNEM VITAM MAXIMOPERE COLENDO,

PRO LICENTIA

In Vtroque Iure legitime obtinenda,

IN AUDITORIO MAIORI

D. VI. Apr. An. MDCCII. Hor's ante- & pomeridianis,

Solemni Eruditorum disquisitioni submittit

CHRISTIANVS FRIDERICVS IVNIVS,

Onoldo-Francus.

Hale, Typis CHRISTOPHORI ANDEREA ZEITLERI, Acad. Typogr.



THESE  
LXXV

TESTAMENTIS

CONIVGVII REGI

PROCI

RECTORI M...

RECTORI M...

DAVID SA...

CHRISTIANUS...

de  
fer  
gu  
re  
tic  
di  
bi  
Pe  
ex  
xi  
ge  
ni  
cu  
hu  
de







## INGRESSVS.



**S**I post Homerum Iliada conscribere res otiosa reputatur, vtique etiam post alios, qui de omni testamentorum materia commentati sunt, thema huiusmodi aliquod iteratæ tractationi submittere, superfluum videri posset. At cum rerum ciuiliū facies nunquam fere eadem esse soleat, sed varias subinde assumere figuras, quæ vel ex diuerso diuersorum populorum iure proficiscuntur, vel moribus vtentium tacite mutationem receperunt; inde vix quisquam circa eiusmodi materias ita commentari potest, vt perpetuam vbiq; regulam præstare valeat. Solus quoque fere Peckius est qui materiam de Testamentis Coniugum ex professo sibi enucleandam sumpsit; sed & ipsam partem pro ratione iurium & consuetudinū suæ scripsit, vt vix illis insistere possint Germani. Ab aliis subinde quidem, sed quantum inquirere licuit, nunquam ex professo hæc tacta materies est, vt hinc superesse crediderim, quæ cum fructu lectoris, inde utilissima hac materia scribi possint. Inde constitue



\* (4) \*

tueram mecum pleniori calamo eandem persequi; sed cum instans iter, & vires corporis haftenus vacillantes mihi in praesenti obicem ponant, quo minus illa, qua iam ex variis autoribus collecta habeo, ordine digeram, veniam dabit Beneu. Lector, si potissima materiae huius momenta loco Disputationis Inauguralis, breuibus verbis tantum exhibuero. Hoc vero vt feliciter eueniat, Deus O. M. gratia sua faxit!

§. I.

De Origine  
Testam. Re-  
cipr.

**C**onjugum testamenta reciproca Iure Romano ignota vel penitus illicita fuisse, exinde probabiliter elicitur, quod Lege Voconia mares non ultra quartam bonorum partem feminae cuiunque relinque potuerint; Etiam si filia, eademque vnica haeres institueretur. Vid. Manut. de Legibus Roman. Cap. 14. Iac. Cuiac. Comm. ad I. Paul. Recept. Sent. L. 4. T. 8. §. 22. &c. Lege Iulia autem de maritandis ordinibus, quae & Papia Poppaea dicebatur, annoque V. C. 762. lata fuit Cap. 13. cautum erat, vt neuter Coniugum e bonis alterius solidum consequi posset, nisi vel nondum eius aetatis esset, quae liberos exigeret, vel 50. annos in matrimonio exigisset, &c. vel communem filium filiamque haberet, aut 14. annorum filium, filiam vero 12. amisisset &c. &c. aut denique Ius Communium Liberos a populo impetrasset, Iunct. Cap. 12. dist. Leg. Alias in vniuersum decimis contenti esse debebant, de quibus vid. Iac. Gothofred. Spec. ad eand. Comment. passim.

Quam diu I.  
Iulia d. mari-  
tand. Ordini-  
bus. obtinu-  
erit.

§. II. Atque haec Iulia & Papia Poppaea Lex, licet variis suis in Capitibus itentidem ab Imperatoribus emendata fuisset, in materia tamen successioinum ad Constantini vsque M. tempora in vniuersum, partim vero Theodosii Jun. vsque & id quidem quoad Orientem tantummodo obtinuit. Nimirum Constantinus M. primum in l. 1. C. de Inu-  
fir



\* (5) \*

*firmand. Pen. Celib.* rigorem istum, quantum ad capessendas extraneorum hereditates, aboleuit; sed quoad proprias ipsorummet coniugum adhucdum ibidem intactum reliquit; quoniam fallaces istarum blanditiæ vix etiam per opposita iura cohiberi possint; vti plenius *dist. l. extat in C. Theod. eod.* Theodosius deinde M. eandem quidem facultatem citra ius liberorum bona sua sibi inuicem relinquendi Curialibus etiam in *L. 124. C. Th. de Decurion.* imperitus est, sed legem tamen integram haud sustulit. Donec tandem Theodosius Iun. in *L. 2. C. de Infirm. Pen. Celibar. &c.* in vniuersum leges decimarias siue dictam Iuliam & Pap. Poppæam antiquaret; concesso omnibus omnino coniugibus communium liberorum iure, vtque sibi inuicem, quantum superstes amor exigeret, firmiter possent relinquere. Id quod tamen, ceu diximus, ad orientem tantum pertinuerat. Et quamuis *cit. L. Honorii Imp. nomen coniunctim præfixum* habeat, Theodosii tamen solius esse demonstrat Iac. Gothofred. *ad L. Iuliam & Pap. in not. p. 327. & in Comment. ad eandem §. 1.*

§. III. Quod vero ad Occidentis Imperium attinuit, retentum ab Honorio in *L. vlt. C. Theod. dist. Tir.* vt ius liberorum in specie impetraretur a Coniugibus. Conf. Gothofred. *ibid. in Not. & ad L. Iul. cit. l.* Itemque postea a Valentiniano III. Imper. in *Not. 4. d. Testament.* vtut is alias Honorianæ Constitutioni noua quædam in fauorem Coniugum addidisse deprehendatur.

§. IV. Et hoc modo sese hæcenus ratio testamentaria inter coniuges simul & vtrumque sexum, habuerat: certumque est Testationis Reciproca nullibi interea in Legibus nominatenus factam esse mentionem. Et Bignonii quidem opinione in *Not. ad Marculphi Formul. solennes. L. 1. c. 12. n. 2. & 3. & L. 2. Cap. 17. n. 1.* testamenta reciproca vsque ad *dist.* Valentinianum III. *Nov.* plane pro Captatoriis habita fuerunt. Quod & arguere videtur expressa istius excusatio a Valentiniano dicto loco



loco facta; atque alias Iurium Romanorum indoli satis congruit. Vid. Antonius Faber. in *Cod. Sabaud. Lib. 6. tit. 5. def. 18.* Saltim quod Valentinianæ Nou. loco Honorianam ponere debuisset constitutionem Bignonius; ceu ex ipsius Nou. initio patescit. Eadem Nou. testamenta simultanea pariter primum inualuisse, atque coniugibus solum concessa fuisse arbitratu Cuiacius *ad l. 24. ff. de Testament.* quorum quicquid sit, frequens ad minimum haud adeo illorum usus antea esse potuit.

Iuri Iustini-  
an. incogni-  
ta esse Testa-  
ment. Recipr.

§. V. In Iustiniana Legislatione, haud quidem hanc Valentiniæ *de Testament. Recipr.* vel quandam consimilem repetitam deprehendimus sanctionem: Nam quod *in l. 19. C. d. Pact.* de Conuentionibus mortis contemplatione reciproce initis, constituitur, ad milites solummodo pertinet. Ac specialem insuper casum respicit: quando in discrimine belli versantur disponentes, fratresque sunt, qui de conseruanda familia integra posteris suis cogitasse præsumuntur. vid. *B. Brunnem. Consil. 165. n. 47.* Quoad Paganos vero nusquam tale quid in usu fuisse deprehenditur.


In Germania  
Sec. iam  
VII. in usu  
fuisse.

§. VI. Sed vero Germanorum consiniumque Populorum moribus vetustissimis apprime isthanc testandi rationem congruere certum est. Nam Sec. iam VII. reciproce inter coniuges condi fuisse testamenta, patescit e Formula, quam tradit Marculphus Monach. *num. Collect. Lindenbrog. 71. sub Titulo: Qualiter in vno volumine viri & vxoris testamentum condatur.* Cui similis est, quæ apud Goldastum *Tom. Antiquit. Alemannicar. II. Part. I. n. 13.* reperitur. Eodemque redit Formula Marculphi *cit. edict. 48.* cuius rubrica est: *Præceptum donationis inter Virum & Vxorem*, quoniam inibi haud minus de hereditate atque successione reciproca dispositio continetur. *Ve & seq. 49. & 50.* nec non iuxta editionem Steph. Baluzii *8. Lib. 2.* atque *Sirmendicar. Formular. 14. quas idem Tom. II. Capit. Reg. Francor. exhibet. &c.*

De Praxi ho-  
sticna.

§. VII. De Moribus Germanorum recentioribus eo minus dubii





dubii subest, cum praxis non tantum sed vnanimis quoq; Dd. calculus hanc testandi rationem probet: quorum catalogum hoc loco contexere nihil attinet. Atque licet hodiernum alticubi, vt in locis, in quibus Ius Lubecens. obtinet, testamenta reciproca, *per art. 10. n. 60. Tit. 1. Lib. 2. Iur. Lubec.* interdicta sint, id tamen peculiare tantum quiddam est, nec generali officere potest assertioni. Neque obstat etiam quod pro captatoris testamenta reciproca habere adhucdum nonnulli velint, inter quos est Anton. Faber. *in Cod. Sabaud. lib. 6. tit. 5. defn. 18. sub fin.* quodsi enim duorum similis fuerit affectus & simplex religio testamentum condentium, vti loquitur Valentin. Imp. *in Nou. 4. causa* vtique non subest, cur nodos fingamus captionesque.

§. VIII. Sedem huius materiae Doctores plerumque constituunt §. *pen. Inst. Qui testam. fac. poss.* cum quo conuenit *l. 24. ff. eod.* vbi vnum idemque testamentum pluribus fieri posse, & codicibus pronunciat, argumento nimirum a contrario petito: *Iunct. l. 19. Cod. d. Pact.* quam omnium Gentium communi vsu ad Paganos hodie extendi Gothofred. *ad eandem lit. d. testatur.* Conf. *Mynsing. Cent. 2. o. 33. n. pen. Sed & L. 19. Cod. d. Testament.* huc applicari posset, quippe quae particula est constitutionis illius Honorianae, quae de mutuis coniugum inter sese institutionibus egerat, cuiusque Valentinianum III. Imper. *in Nou. 4.* meminisse diximus. Conf. *Iacob. Gothofr. ad l. 6. Th. d. Inoffic. testam.* vtut hodie nunquam ita ab interpretibus accipiatur.

Sedes huius materiae.

§. IX. De matrimonio, & quinam adeo pro coniugibus haberi debeant, hodie ex Iure Canon. & moribus potius, quam Legibus Ciuilibus decidi solere, notum est. Iuxta illas affectio & consensus omne negotium conficiunt, *l. 30. d. R. I. l. 32. §. 13. ff. d. Donation. inter Vir. & Vx.* At moribus & Saxonico aliisque locorum iuribus, vt & Canonico, praeter istud, & quae circa consensum parentum &c. Romanis etiam legibus necessaria sunt, Sacerdotalis praecipue copula

Quinam sint Coniuges.



requiritur. *Carpz. Iuriapr. Eccles. lib. 2. def. 142.* Congruentibus in hoc antiquis etiam Germanorum iuribus vid. *Lehman. Chron. Spirens. Lib. 2. c. 28.* Quoniam frustraneam in foro hanc quaestionem esse videatur, quinam reuera Coniuges sint, cum nec extraneis prohibitum sit, se inuicem heredes instituere, & hinc idem desponsatis personis denegari nulla ratione possit. Solo itaque isto casu desuper disquirere iuuabit, si statuto coniugibus tantum Reciprocam testandi licentiam competere, dispositum foret.

Debent esse sui iuris.

§. X. Dum autem ius testandi reciprocum Coniugibus adscribimus omnia illa quae alias in genere de habilitate Testantium tradi solent, hoc loco praesupposita volumus, atque inter ea istud etiam, quod ante omnia patria potestate liberatos esse oporteat testamentum condituros. Id quod quantum ad uxorem per ipsas nuptias fieri hodie solet, vid. *Carpz. P. 2. C. 10. def. 2.* Maritum autem praeter illas separatam insuper Oeconomiam sibi constituisse oportet. *Illustr. Da. Stryk. de Vt. Modern. tit. de Adopcion. §. 21. seqq.*

De Aetate atque Valetudine Reciprocant.

§. XI. Sed num inter Coniuges reciproce testaturos, & cum aetate & negotia reciproca in omnibus, commodorum quandam aequalitatem desiderent, inde quoque inter vetulam & iuuenem, sanam & aegrotam, ordinarie locum non habere posse reciproca testamenta, consequitur. vid. *Pruckmanni Vol. 2. Conf. 30. n. 153.* quemque ibid. citat. *Tiraquel. ad L. 8. §. 1. C. d. Reuocand. Donat.* Licet in hoc ad ceteras rerum circumstantias simul quam maxime attendendum videatur. Et cum coniux alias citra omnem correspectiuam institutionis spem heres existere queat coniugi, causa utique nulla subest, cur deterioris sit conditionis, quando & ipse quid alteri relinquit, cuiuscunque tandem quantitatis id fuerit; Dummodo fraudes absint & inordinata blandimenta, animumque altera pars spontaneum & liberalem sibi fuisse, certo demonstrat.

§. XII. Neque etiam resistunt pacta Dotalia, in quibus cau-



cautum, ne quicquam amplius præter portionem ibi assignatam capiat superstes Coniux. Vulgo enim notum est non licere pactis testamento derogare, meliorem vero superstitis conditionem omnino reddi posse. Interest tamen plurimum, an pacta illa concernant solos Coniuges, an simul etiam reliquos agnatos, ad quos bona alioqui devoluenda. Priori casu obtinet quod dictum est. Brunn. *Conf. 23. num. 12.* Carpz. *P. 1. Dec. 58. n. 13.* posteriori autem casu, licet alias pacta dotalia mutari & reuocari mutuo Coniugum consensu queant, Carpz. *P. 2. Conf. 43. def. 11.* hic tamen id fieri non poterit, quia de iure tertius competenti questio est, arg. *l. 15. pr. d. R. I. Conf. Illustr. Dn. Stryk. d. Caur. Conr. Sect. III. Cap. 8. §. 26.* vbi plenissime hac de re agitur.

§. XIII. Cæterum in binubis &c. & liberos adhuc ex priori matrimonio superstitibus Coniugibus, insignis omnino a vulgaribus regulis deprehenditur per famolam. *l. hac Edictali 6. C. d. Secund. Nupt.* introducta diuersitas. In hac enim cautum est, vt superinducto Coniugi, nihil plane amplius, quam vni ex liberis prioris matrimonii, cuique minimum, relictum est, quocumque licet titulo aut iure conferatur; quo ipso quantopere binubis amputata sit testandi libertas, facile patescit. Præcipue quum Interpretes postmodum innumeris fere ampliationibus & restrictionibus *dit. l. sanctionem* adauerint; quas tamen hic adducere nostri non est instituti. Videri poterunt fusc ap. Ioh. Bapt. Hodiern. *ad dit. l. Fontanell. d. Pañ. Doct. Cl. 5. Gl. 8. P. IV. hæser. d. Acquest. Coniug. P. 2. loc. 30. &c. Klöck. Tom. 4. Conf. 58. Excell. Dn Ferd. Christl. Harprecht. Conf. Tubing. 35.* qui omnium diligentissime hanc materiam enucleauit, aliosque quam plurimos.

§. XIV. Quod si autem de praxi Legis huius hodierna quaratur, primo omnium, vbinam gestum fuerit negotium, quæque iura illie in specie statutaue obseruentur, sedulo attendendum erit. Vt enim iuxta sensum Legum Romanarum

De L. Hac Edict. 6. C. de Secund. Nupt. siliuando

De Praxi e- ius hodierna.



narum, illisque in locis, vbi istarum auctoritas in vniuersum recepta est, parum omnino remediorum superesse queat, cum omnes etiam illæ Cautelæ, quæ communiter alias ad confirmandos actus in aliorum susceptos præiudicium proficua esse solent, hic exulent, nullaque gaudeant efficacia. Vid. Pruckman. *Vol. 2. Conf. 1. num. 46. & 60.* Fontanell. *d. Pat. Nupt. Cl. 7. Gl. 2. P. 2. num. 48. seqq. & Cl. 5. Gl. 8. P. 4. n. 51. P. Peck. de Testament. Coniug. P. 2. c. 8. num. 6.* vbi tradit, quod etiam si quietationes ab omni paterna maternaue portione Virtrico suo vel Noueræ priuigni præstitierint, nihil tamen id ipsum eis prodesse queat. &c. Idemque etiam de Iure Wurtembergico habendum est, aliisque nonnullis, de quibus laudatus Dn. Harprecht *dist. Conf. 35.* testatur; attamen aliis in locis plurimis Germaniæ contraria omnia obtinere deprehenditur.

In Saxonia  
nunquam  
obtinuisse.

§. XV. Atque de Iure Saxonico certum est, nusquam simile quid sancitum, vel leg. huius 6. obseruantiam receptam fuisse, Vid. Matth. Colev. *Decis. Germ. 40. per tot. iunct. Dec. 288.* B. Dn. Brunnem. *Conf. 5. n. 1. ibidemque allegat. &c.* Sed liberum est indistinctim Coniugibus de rebus suis disponendi arbitrium; dummodo legitima liberis prioris matrimonii salua permanserint. Neque aliud in Marchia quoque, vtut ibi Ius Ciuile pro communi alias habeatur, hoc in casu obtinet, per expressi. text. *Consuetud. March. P. III. T. 2. §. 19.* vbi late Schepliz. & quos ibid. sibi consentientes adducit &c. Idemque etiam de reliquæ Germaniæ potiore parte perhibet Kittershus. *in Conf. Alcorf. 74. p. 479.* Neque potest non

Neque etiam  
in Marchia.

Ac reliquæ  
German. po.  
rior. part.

insultum esse & ineptum, quod nonnulli somniant, ita interpretanda esse statuta ne officiant *L. hac editali.* V. Pruckman. *Vol. 2. Conf. 1. n. 382. seqq.* vel istis huic derogari non posse. Bartol. *in dist. 1. hac editali.* Baldus *in l. 1. quest. 3. C. de inoffic. Donat.* Nic. Boërius *Decis. 113. num. 1. & seqq. Wurmb. Lib. I. obseru. tit. 37. obseru. 6. n. 3. seqq.* alique; cum nihil tam naturale sit, quam quodlibet, quo modo coaluit, eodem & dissol-



\* (11) \*

dissoluit iterum per l. 35. ff. de R. I. arbitrio nempe hoc in casu leges & iura constituentium. Ut taceam, quod cum quævis Germaniæ Prouincia circa successionem Coniugum iam ab antiquo sua habuerit statuta, non præsumendum sit, eam ad Ius Iustinianæum diuertisse, nisi quatenus hoc expresse probatur. Add. Rittershus. *cir. l. 1. atque Gail. Lib. 2. Obs. 124. num. 3.*

§. XVI. Quod vero Rittershus. *dis. l. 1.* subiungit, non consuetudine modo, sed pacto etiam, vt instrumento dotali, abrogationem istius legis fieri posse, quoniam pacta & statuta sibi æquiparentur &c. de iure ciuili ob interdictas omnes contraueniendi vias vix admitti poterit. arg. l. non dubium §. C. de Leg. Vtut interim rigorem istum hodie iis etiam in locis vbi ius Romanum inualuit, non male dici possit haud amplius obseruandum esse, quoniam notum est, plerasque in odium secundarum Nuptiarum olim constitutas leges in desuetudinem hæctenus abiisse, vel nunquam omnino in obseruantiam fuisse deductas. Atque huc forte applicari posset Cautela, quam tradit Gaius l. 2. O. 78. n. 5. vt ante nuptias de lucro sibi inuicem prospiciant matrimonium contrahuri: Add. Græuæus l. 2. Concl. 78. n. vlt. licet refragetur Cothmannus: nec pie nec honeste satis, sed subdole & in fraudem legis fieri contendens, si quod constante matrimonio non licet, ante illud perficiatur. Conf. Harpr. *laud. Conf. ff. n. 91. §. 1. de i. non aliq. d. i. n. 1. de i. n. 1. de i. n. 1.*

An vbi ad huc dict. loc. obtinet, pactis priuatum tolli possit?

§. XVII. Supposita personarum habilitate, ad materiam alias, super qua facta dispositio, præcipue respici solet. Nobis quidem, vt quæ generalia sunt, & omni Testatori obseruanda huc trahamus, operæ pretium non videtur; Neque etiam quæ de Coniugibus speciatim tradunt Doctores, omnina dispicere animus est, cum superflua sint & inania pleraque præpimis quando ad Statuta & Locorum Consuetudines deueniunt; vt documento esse possunt, quæ integris

De Materia Testam. Recipr.



tegris fere 2. & 3. de Testam. Coniug. Libr. corrasit, Petr. Pec-  
kius.

De Dote.

§. XVIII. Præcipua autem exempla bonorum coniuga-  
lium, in quibus a communi aliarum rerum indole diuertere  
soleant Iura, dos, & moribus locorum, Portio statutaria de-  
prehenduntur. De dote tamosa & generalis Iuris nostri san-  
ctio est, inualidum esse, quicquid in eius detrimentum cede-  
re possit. Dd. communiter *ad l. 2. ff. d. Iure Dot. & ad l. vn.  
C. d. Rei Vxor. n. 5. &c.* Hinc licet pacta dotalia, qualiter-  
cunque facta sustineantur, si de cætero nihil fraudis circa mo-  
dum contrahendi concurrat, attamen si mulierem reddant  
indotatam, pro vitiosis habentur, *V. l. cit. Add. Mynsing.  
Cent. 3. Obs. 3. &c.* In tantum quidem vt ipso iure nullum  
sit, quod ita susceptum fuerit. P. Fontanell. *d. pact. Nuprial.  
Cl. 4. Gl. 9. P. 5. n. 185.* quoniam publice interesse credidit Im-  
perator, ne mulieres indotata reddantur *dict. l. 2. ff. d. iure  
Dot.* vt adeo videri queat, nec vxorem testamento suo reci-  
proco omnem dotem in maritum transferre posse; Cum  
quicquid pacto non licet, nec regulariter testamento per-  
missum sit. Vid. Euerhard. *Topic. Leg. Loc. a Contract. ad Te-  
stament.* Verum disparem vnusquisque hic facile aduertet  
rationem: Pacta vxorem viuam dote priuant, & hinc facul-  
tatem commode viuendi vel iterum nubendi adimunt, id ve-  
ro secus est in testamento, quod effectum non sortitur, nisi  
post mortem, vbi bonis amplius opus non habet; & hinc ni-  
hil resistit, quo minus dotem integram testamento mulier in  
maritum transferre possit.

Quando mu-  
lier de dote  
sua testari  
non possit?

§. XIX. Cæterum hæc potestas de dote disponendi me-  
rito limitanda, nisi vel pater vel quiuvis alius in dotis consti-  
tutione pactum de reuertenda dote adiecerit: *Wenher sich  
den Rückfall vorbehalten hat;* Tantum enim Iuris circa do-  
tis dispositionem detrahitur vxori, quantum dotans sibi re-  
seruauit, quippe, qui legem doti dicere potuit: Vid. Resp.  
Aitorf. *114. n. 2. & f. Dn. Brunnem. Conf. 38. n. 13. add. Pruck-  
mann.*



mann. *Tom. 2. Conf. I. n. 25.* Interim si pater eiusmodi pactum adiecerit, dubium remanet, annon filia hoc modo gravata legitimam detrahere & eatenus eandem marito in hoc testamento relinquere possit? Enimvero si filia ante patrem mortua, quæstio plane otiosa est, cum vivente patre filia non debeatur legitima, utpote quæ viventis nulla esse dicitur. Vid. Excell. Dn. Thomaf. *Disp. de legitima vivent.*: Quod si vero pater pro se & hæredibus reditum dotis pactus fuerit, & pater ante filiam mortuus, merito hæc legitimam sibi vindicat, utpote quæ omnis gravaminis expers est. *Quoniam 32. C. d. Inoff. testam.*

§. XX. Circa reliquas autem maternas vel aliunde profectas facultates, & mundum etiam muliebrem salua omni modo mulieri potestas est. Pruckm. *cit. l. n. 26. §. 27.* Sola Saxonia quoad Geradam excepta, de qua, ut & ex parte masculorum Heergeuuetta nulla testamentaria dispositio subsistere potest. Vid. Dn. Schilter. *Ex. ad ff. 39. §. 29.* Pruckm. *Vol. 1. Conf. 31. n. 10. seqq.* Cuius intuitu quoque nova bonorum privatis competentium classis constituta. Vid. text. in *Landrecht Lib. 1. art. 27.* Pruckm. *cit. l. num. 25.* Istudque in tantum obtinet, ut ne pretium quidem, si relicta fuerint, debeatur. Dn. Schilter. *cit. loc.* Rationem reddit idem *Ex. 2. §. 14. lit. C.* e genio iuris Saxonici, nulla olim testamenta agnoscentis. Adeoque liquet, nullam marito per testamentum eius consequendam spem superesse. Afferunt quidem DD. per donationem inter vivos conferre posse geradam, cui velint, mulieres. Et Carpz. *P. 2. C. 13. def. 2.* consilium suppeditat, ut marito pro certo pretio vendatur, quod deinde remitti possit. Verum laud. Dn. Schilter. *Ex. 42. §. 14.* vtrumq; inuita iuris Saxonici ratione perhiberi contendit. Quum generalia sint verba *Lib. 1. Iur. Provinc. art. 31.* quando mulieribus, ne maritis suis donent interdicitur. *Dass sie es ihren rechten Erben damit entwenden nach ihrem Tode.* Cuius sententia omnino vera est, si pretium vendita Gerada donatum



supponat; Aliud tamen dicendum videtur, si vxor pretium postea per testamentum legauerit marito; quia prohibita donatio inter vivos, facultatem donatione m. c. vel etiam testamento bona sua in maritum transferendi haud excludit.

De bonis  
Hæreditar. &  
acquisit. se-  
cund. Ius  
Lubec. &c.

§. XXI. Et huiusmodi bonorum de quibus vel Iure vel per statutum Coniugibus disponere fas non est, plura adhuc alia, passim obuia sunt exempla. Sic iure Lubec. vt & Hamburg. bona alia sunt hæreditaria, alia acquisita, Erb-Güter und wohlgeuonnene Güter; vbi bona hæreditaria proximis agnatis necessario relinquenda, nec vilo testamento in maritum, vel vice versa transferri possunt. vid. Dn. Præsid. *Disp. de Testament. Hamburg.* Licet ergo vxor reciproce cum marito testetur & in omnibus sese bonis mutuo instituant, bona tamen hæreditaria hic omnino subtrahenda erunt. Idem obtinet inter Coniuges nobiles quoad feuda, & quæ illis accensentur, quippe quæ nullo testam. licet expresse id actum sit, relinqui possunt 1. F. 8. indeque ab vxore mariti agnatis restitui debebunt. Eadem quoque ratio est in bonis fideicommissis, obnoxiiis; cum enim post mortem possessoris restituenda sint, proximis de familia seu hæreditibus fideicommissariis, nullum Ius testandi superesse facile patescit. vid. Knippschild. *d. Fideicomm. Famil. Nobil. 6. 117. & c. 11. 154.* Atque nulla alia Cautela his in casibus superest, quam vt illorum consensus requiratur, ob quorum interesse testandi facultas de talibus bonis interdicta fuit. Et hinc si in prima specie hæredes, in secunda Agnati & Dominus Feudi, in tertia fideicommissarii Coniugibus testantibus consentiant, salua res erit.

Primo omnium ad mores & Statuta Locorum attendendum esse &c.

§. XXII. Sed cum harum rerum tractatio generalis sit, & ad omnia testamentorum genera pertineat, plura quæ dici poterant, non addimus, sed generaliter hic monuisse sufficiat: Quoslibet testamentum sibi condituros, loci sui statuta & consuetudines primo omnium sedulo rimari, nec non etiam attendere debere, in quantum pactis & Conuentionibus libertatem de rebus suis disponendi vel adauxerint sibi, vel



vel constringi passi fuerint. Id vero notum est, quod non illius loci, ubi matrimonium contractum, sed ubi ultimo domicilium habuit maritus, attendenda sint statuta, & ex iisdem cautela depromenda.

§. XXIII. Ad formam itaque & solennia testamenti reciproci transeundum iam est. In quo quidem negotio generatim Romanos post tempora primæ Jurisprudentiæ nimium superstitiosos fuisse, passim cernitur; non solum, quod ad testes attinet, qui omnes Comitiorum capaces esse debebant, etiam postquam testamenta haud amplius in Comitibus conderentur, vel hæc haberi plane desissent; tantoque numero & adeo præcisè adhiberi, ut vno saltem deficiente &c. omnis vltima voluntas corrueret. *l. si vnus 12. C. d. Testament.* sed in aliis quoque rebus quam plurimis, in quas hoc loco inquirere non vacat. Quin imo eo vsque tandem deventum fuit, ut nemo amplius testamentum sibi rite conscribere posset, nisi adhibito aliquo Icto, qui formulas & inane verborum conquisitionem, ut loquitur Valentinianus III. *Imper. in Nou. 4.* calleret. Quod vtut a Constantino M. tandem abolitum fuerit; cætera tamen pleraque permanent; vel a Iustiniano nostro ad minimum retenta aut reducta etiam fuere, nimia sine dubio atque misera diligentia, ut Lucius quidam Titius in *l. 88. §. vii. ff. de Legat. 2.* loquitur.

§. XXIV. Quod vero omnino mirandum est, in foræ etiam Germaniæ plerasque illas Romanorum subtilitates, plane contra indolem Iurium atque consuetudinum præscarum traductas esse deprehenditur. Vid. *Ordin. Notar. Maximil. de Ann. 1512. tit. von Testamenten*; adeoque adhuc hodie certum manet, minimo ex solemnibus omisso, vitiari testamentum. Vid. *Pruckm. Vol. 2. Conf. 1. n. 162.* & communiter DD. Hinc itaque omnia, quæ de testamentis in genere disposita sunt, in reciproco etiam sibi locum vindicare debent. Scilicet, ut ad huc legitimus testium numerus, ut hi sint

De Solemnibus Testamentis in genere.

Solemnia Romana pleraque ad Germanos translata esse.



habiles, rogati, simul congregati, vno actu testam. expedites, cum testatore subscribentes & subsignantes, & quæ alia in hanc classem referri solent. Ac proinde illa tantum hoc loco rangenda sunt, quæ singulariter in Testam. reciprocis obseruari oportet. Vbi antea omnia præmittendum erit: tot censi testamenta, quod testantium personæ fuerit. Vid. Gail. *L. 2. O. 117. n. 2. B. Brunnem. Conf. 38. n. 2. Cr. P. 3. C. 7. d. 21. &c.* Cuius in eo posita est ratio: quod nemo pro altero testari possit *l. illa institutio 70. ff. de hered. instituend. &c.*

Quot Testes  
in Testam.  
Recipr. ne-  
cessarii sint?

§. XXV. Præcipua vero quæstio in eo consistit, numne 7. an v. 14. testes hoc casu adhiberi debeant? Equidem quod de duplicitate testamenti modo diximus, restringi solet a nonnullis DD. ad voluntatem tantum testantium, atque bonorum diuersitatem, quoad solennitates autem, contextum, & actum continuum vnum pronuntiant. vid. Consil. Argentor. *Vol. 3. Resp. 148. p. 1077.* adeoque septem arbitrantur testes sufficere, vtcunque plures simul testati fuerint, vid. Prückm *Vol. II. Conf. I. n. 18. P. Peck. L. 1. c. 19. n. 2. in f.* cum primis vero de coniugibus simul disponentibus id asserere. DD. Prückman. *tit. I. n. 59.* testatur. Et sane in Nou. Valentiniani, ex qua primum autoritatem accepisse testamenta reciproca dictum est, itidem 7. tantummodo testium mentio fit. Neque etiam Germanicis Iuribus præter vulgarem formam singulare quid olim hoc in casu requisitum fuisse, liquet ex exemplo, quod extat ap. Goldast. *Tom. II. Alemannic. Antiquit. P. I. n. 13. vbi 12. solummodo testes, scriba simul computato, subscripsere.* Tot autem communiter in rebus alicuius momenti inter viuos etiam & in Contractibus adhiberi consueuisse, ex Vadian. &c. tradit Lehmann. *Chron. Spir. Lib. II. Cap. 29.* vtut alias plures quoque, incerto tamen, & arbitrario numero assumti fuerint; cum hac in re valde prodigi essent maiores nostri. Ita Codicillo, quem *tit. I. Goldastus n. 15.* exhibet, duplo fere plures, 21. nempe testes interfuerunt, licet vnus tantum personæ voluntatem contineret. Et huiusmodi plura alia ibid. & alibi passim occurrunt.

§. XXVI.



\* (17) \*

§. XXVI. Verum licet res ita se habeat, cum tamen <sup>Propositus</sup> testes in testamentis non veritatis gratia solum requirantur, <sup>Decis. Quest</sup> sed solennitatis quoque, quæ in iure indiuiduum quid est, nec transire de actu in actum potest; Valentinian. v. Nou. & Iura Germanica in praxi hoc in puncto haud recepta sint; tutior est ad minimum contraria opinio, nempe 14. adhibendos esse. Vel quod idem est, rogationem pro numero testamentium, reiterandam; atque a testibus in subscriptione & subsignatione discrete exprimendum, a singulis sese rogatos, singulorum nomine signare & subscribere, additis quoque sigillatim nominibus eorundem *e. g.* Dieses Testament unterschreiben wir / als von beyden Eheleuten hiezu absonderlich requirte Zeugen. Vid. Gail. L. 2. O. 117. n. 2. seqq. Pruckman. Vol. 1. Conf. l. n. 39. ibique cit. Tiraquell. &c. Quod si tamen testamentum a Notario conscriptum fuerit, sufficit ab hoc rogationis mentionem factam fuisse. Pruckm. Vol. 1. Conf. l. n. 41. Sic enim in effectu hi 7. testes pro 14. reputantur; cum non infrequens in iure sit, vnam personam diuerso respectu duplicem sustinere. His porro in locis vbi Parochus cum duobus testibus, vel Actuarius & duo Scabini sufficiunt, vel si quid simile, idem etiam cæteris paribus, quoad testamenta reciproca obtinebit.

§. XXVII. Quodsi vero non priuatim testari, sed Actis vltimam suam voluntatem insinuare velint <sup>Quid obtineat si Actus insinuatur</sup> Coniuges, <sup>Testam. Rec.</sup> aut etiam Principi offerre, frustra de numero testium quaeritur, cum acta fidem faciant, sine ullo teste. l. 19. C. de Testam. Interim tamen hoc probe obseruandum, vt vterque Coniugum testamentum simul offerat Iudici &c. nec alter per alterum id faciat, aut alium Procuratorem sui loco mittat: Vtut enim recte defendi possit testamentum actis per Procuratorem insinuari posse. Vid. Tabor. d. Testam. Principi oblato Cap. 5. th. 10. Myler ab Ehrenb. d. Princip. & Stat. Imp. Cap. 28. §. 4. Interim tamen cum communior sententia in contrarium sit, Vid. Carpz. P. III. C. III. def. 23.

C

Be-



Besold. P. III. Conf. 230. n. 10. Vultei. Vol. I. Conf. Alarpurg. 34. n. 37. Hinc consultum non est, ab hac opinione recedere & futuris litibus occasionem præbere. Id vero vulgo expeditum est inter Dd. quod Iudici non tantum in iudicio, sed & in domo Testatoris offerri vel declarari possit vltima voluntas; quoniam hic actus voluntariæ Iurisdictionis est. Vid. Carpz. dec. 293. n. 10. seqq. & P. 3. C. 3. d. 16. Richt. dec. 30. n. 27.

An ab vno  
totum Te-  
stam. Rec.  
scribi possit?

§. XXVIII. De Scriptura quæri hoc loco possit, numne ab alterutro testantium simul vtriusque nomine expediri queat, subscribente tantummodo altero. Licet enim vulgo nemini sub poena falsi, permissum sit, sibi met ipsi quid adscribere in testamento *L. i. ff. d. his que pro non script. ad. l. f. C. d. his qui sibi adscrib. in testam.* Quoniam tamen ratio *dist. l. quæ in præsumptione fraudis* consistit, in reciprocis testamentis, vbi mutuo amore & voluntatibus res agitur, & regulariter vtriusque testantium eadem ratio est, & æqualia commoda, locum inuenire nequit, inde decisionem etiam illarum isthuc applicandam haud esse videtur. Interim cum tutior semper eligenda sit via, consultius sine dubio fuerit, si per alium testamentum conscribatur, vel altera pars ad minimum in subscriptione disertis verbis exprimat: hanc suam spontaneam, liberamque esse voluntatem, eamque sese in omnibus plenissime ratam habere &c. Ita enim, supposito tamen, nullam de cætero fraudis suspicionem concurrere; merito limitanda est assertio Dd.: Quod irritum sit & inane ex parte vxoris testamentum, si illud maritus totum sua manu conscripserit, atque ex ipsius solummodo parte subsistat. Vid. Pruck. Vol. 2. Conf. 1. n. 194.

De subscri-  
ptione recipi  
testantium.

§. XXIX. Quod subscriptionem testamenti reciproci attinet, illam ab utroque Coniuge expediri debere, certum est. Et quamuis hoc in diuersis locis faciendum esse ab initio videri possit, ita vt vbi mariti testamentum finitum, eius etiam subscriptio ponenda, ob dupliciter huius testamenti; attamen cum Scriptura vtriusque testamenti non tantum in vna charta, sed & in eadem connexionem fieri soleat



leat, sufficit vtramque Coniugem in sine testamenti nomen  
 suum subscribere, mox subiectis testium subscriptionibus; v-  
 bi plerumque hac formula quisque coniugum vtitur; Daff  
 hierinnen mein letzter beständiger Will enthalten sey / bezeuge  
 ich mit meiner Hand und Pertschafft; Sempronius. Daff hie-  
 innen gleicher Gestalt mein beständiger letzter Wille enthalten  
 seye bezeuge ich ic. Sempronia.

§. XXX. Sed quid si vxor speciali sigillo destituatur,  
 numne sigillo mariti vti poterit, prout communiter facere  
 solent, præuia expresione: Aus Ermangelung meines Perts-  
 schaffts hab ich dieses mein Testament mit meines Mannes  
 Pertschafft bezeugnet? Quoad testes quidem clari iuris est,  
 quod non tantum suo, sed etiam alieno annulo signare pos-  
 sint. §. 5. *Inst. d. Testam. ordinand.* Reusner. *de Testament. P. III.*  
*Cap. 27. n. 9.* De testatore autem certa lex non adest, mul-  
 to minus quid in testamento reciproco iuris sit, cum de eo  
 nihil cautum sit iure Romano. Nec desunt Dd. qui sigillura  
 proprium Testatoris pro forma substantiali requirunt. Speck-  
 han *Cent. I. qu. 49. n. 8.* Castrenf. *in l. hac consultissima 21. C. d.*  
*Testament.* Verum cum ius Romanum in Testatore solam  
 eius subscriptionem exigat, nec sigilli vllam mentionem faci-  
 at, §. 3. *Inst. d. Testam. Ordin.* pariter quoque Ordin. Maximil.  
*d. 10. 1512.* §. die Form eines Testaments, solus subscriptionis  
 mentionem faciat. Inde sequitur sigillum testatoris hic ab-  
 undantis Cautelæ loco adhiberi, & hinc perinde esse an pla-  
 ne non adhibitum, an alieno annulo signauerit testator; ad-  
 eoque nullum subest dubium etiam mariti annulo vxorem in  
 Testam. recipr. vti posse.

§. XXXI. Caterum de externis, vti appellantur, te-  
 stamentorum solennibus, parum superest, quod hic moneri  
 possit. Internorum vero præcipuum in hæredis institutio-  
 ne, quæ caput & fundamentum totius testamenti à Dd. ap-  
 pellari solet, consistit; atque nisi legitime sese habuerit, o-  
 mnem reliquam testamenti compagem simul perimit. Vt ut  
 autem

An vxor ma-  
 riti annulo  
 signare pos-  
 sit?

De heredis  
 institutioe.



autem tale testamentum, Reciprocum dicatur, non tamen ideo necessarium est, vt præcise in omnibus bonis hæredes se inuicem instituunt, sed potest & maritus vxori & hæc illi iterum, alium adhuc hæredem adiungere. Imo dubium haud est. *quum disparitas hoc casu quoad hæredis institutionem admittatur, ita vt maritus vxorem solam; Vxor vero maritum & extraneum simul instituere queat; quum Reciprocatio in institutione mutua, non in modo instituendi consistat. Nec obest, quod inde læsio alteri contingere possit: Nam cum omnia deliberato peragantur inter Coniuges, antequam ad testandum progrediuntur, adeoque vtroque Coniugum consentiente tale quid fiat, frustra disparitas institutionis aut læsio prætexitur.*

Quibus legitima debetur, etiam hic necessario instituti sunt.

§. XXXII. Imo necessitatis interdum est, vt alius hæres cum Coniuge simul in testamento hoc reciproco instituat. Vt si liberos alter Coniugum habeat, quibus legitima qualitercunque etiam Pater testetur, non nisi titulo institutionis relinqui potest, *Carpz. P. III. Const. p. d. i. Gall. l. 2. O. 112. n. 12.* Idque eo magis hoc casu necessarium erit, quoniam constat testamentum reciprocum haud priuilegiatum esse sed solenne, & hinc in eo tam quoad externa quam interna testamentorum requisita nihil remitti. Cum ergo in testamento priuilegiato inter liberos, vtut plerisque aliis solennibus careat, adeo, vt ex sola scriptura parentis substituat, *Nou. 107. c. 1. Auth. quod sine C. d. Testam. necessarium nihilominus sit, vt legitima institutionis titulo relinquatur.* *Carpz. P. III. C. 4. d. 21. Fachin. L. 4. Controu. cap. 24. Reufner d. Testam. P. 4. cap. 7. n. 21. Meu. P. 4. Dec. 14.* multo magis hoc obtinebit in testamento solenni inter Coniuges. Vt hinc ad minimam institutio ita formanda sit respectu illius coniugis, qui liberos habet: *Vxorem meam cum Liberis meis hæredes instituo, ita vt hi legitima contenti sint, in reliquis autem bonis vxor sola hæres sit.*

Idem si Patres adhuc

§. XXXIII. Parentum eadem ratio est. Nam & his legi-



legitimam titulo institutionis deberi in confesso est apud Dd. *superfint.*

ob *Nou. 115. cap. 4.* Ferdinand. Valquius *de Succession. progr.*

*Lib. 2. §. 20. n. 282.* Vnde & querela inofficiosi gaudent, non

attenta diuersitate sexus aut gradus, an paterni vel materni

ascendentes sint. *l. 17. & 18. C. d. Inoffic. testam. l. 15. & 30. pr. ff.*

*eod.* Ita tamen, vt si diuersarum linearum & graduum pa-

rentes concurrant, proximus tantum ex his instituendus ve-

niat, quoniam hic solus Ius succedendi ab intestato habet, *diēt.*

*Nou. 114. c. 4.* adeoque solus quoque Ius petendi legitimam ob-

tinet, cum hæc connexa vel potius consecutaria sint, excludi a

successione intestata, & excludi a petitione legitimæ. *l. 6. §. 1.*

*ff. d. Inoffic. testam. l. 8. C. eod. Klock. Vol. 3. conf. 124. n. 159.* Brun-

nerum. *ad diēt. l. 8. C. n. 3.* Atque hinc merito reiicienda est sententia

Georg. Ruprecht: quam inter *Consil. sua* refert Richt. *P. 6.*

*Conf. 19.* existimantis *n. 8.* illam necessitatem instituendi pa-

rentes in legitima in testamento reciproco haud adesse, ex

ratione; Quod tunc demum vitiosum sit testamentum, quan-

do quis causa liberalitatis exercendæ alium heredem instituit,

& matrem legitima defraudauit, quod tamen in dispositione

illa reciproca non contingat, quia testator tantundem dedit,

quantum verisimiliter spectauit, vnde debiti solutio seu com-

pensatio magis quam gratuita & liberalitatis causa facta con-

cessio videatur. *ad slip. lul. Clar. §. donatio qu. 2.* Deinde hanc

quoque subiicit rationem; Quia testator nec scire nec diui-

nare potuerit, vter prius sit decessurus, inde casui magis,

quam testatoris ordinationi & voluntati adscribendum esse,

si mater legitima priuetur. Demum addit: Quod multa pro-

pter vicissitudinem sustineantur, quæ alias non valent. *Myn-*

*sing. Dec. 5. p. 49.* Et eiusmodi dispositio vel donatio etiam

vicissitudinaria magis sit Venditio quam donatio, vel vim per-

mutationis habeat. Sicuti ergo matri ex venditione vel per-

mutatione filii legitima non debetur, ita nec ex testamento

reciproco deberi.

§. XXXIV. Verum parum concludere illas rationes

Proponitur  
sententia  
contraria  
Ruprechtii.

Eadem refu-  
tatur.



facile patescit. Primo enim male confunduntur actus inter viuos cum dispositione vltimæ voluntatis: Deinde quoque certum est, etiam in actibus inter viuos, si tendant directo in defraudationem legitimæ maternæ, de læsa legitima quæstionem moueri posse; vti solenne exemplum est in Donatione inofficiosa, *101. tit. C. d. Inoffic. Donation:* Hinc etiam ad venditionem hæc querela de ablata legitima extendenda erit, nam & hic ob vilitatem pretii, vel per simulatam venditionem, legitimam lædi posse, adeoque querelam inofficiosa Donationis locum sibi vindicare, certum est. Cum in effectu idem sit, an manifeste donetur, an fraus per venditionem regatur. Heig. *Lib. 1. qu. 25. n. 39.* Hinc etiam si testator testamento exprimeret, rem fuisse reuera venditam & pretium solutum nihilominus, si simulatio doceri posset, contractus ex capite inofficiosi rescindi poterit. Trentacinqu. *Lib. 3. Res. 4. n. 7. & 8.* Hillig. in Donell. *Lib. 19. cap. 11. lit. c.* Et elegans hac de re præiudicium refert. Carpz. *P. 2. C. 12. def. 36.* Da ihr nun durch solchen Kauff an Eurer gebührenden väterlichen legitimen verkürzet zu seyn vermeynet / so wird solch Gut durch geschworne Leuthe dem Werth nach / was es zur Zeit des beschehenen Kauffes gültig / billig gewürdet / und also dann euch die gebührende legitima davon erfüllet und entrichtet. Neque hoc vitium læsæ legitimæ sanari potest per reciprocationem, & dubium mortalitatis euentum; nam hic non quaritur, annon forte læsio potuerit non adesse, si casus mortalitatis aliter euenisset: sed tantum, an tempore mortis reapse adsit læsio in legitima. Imo in testamento reciproco eo magis reprobanda erit Ruprechtii vel Richteri sententia, quia sola præteritio matris testamentum nullum facit, siue sperata fuerit alterius hæreditas, siue etiam reapse obtenta; Non enim locupletior inde fit mater, quod filia amplissimam mariti hæreditatem testamento recipr. obtinuerit, si post mortem filiz se in huius testamento ne quidem quoad legitimam institutam, sed alios mariti hæredes sibi prælatos videat. Quod si vero marito matrem substituisset filia, tunc ma-



marito præmortuo frustra disputaretur de matre postposita, quia filia suæ hæres ex æsse iam existit.

§. XXXV. Ex superioribus autem facile colligi potest tunc illam necessitatem liberos vel parentes in legitima in hoc testamento reciproco instituendi penitus cessare, quando liberi ab hæreditate paterna vel materna in totum sunt separati; quale quid contingere solet Iure Lubec. ubi die abgetheilt und abgesonderte Kinder / uti appellanter, ab omni Successione omnino excluduntur, & portione sibi semel assignata contenti esse debent, siue modica illa sit siue magna. Vid. Ius Lubec. *L. 2. tit. 2. art. 28. Mev. ad Ius Lubec. dist. tit. 2. art. 33. n. 55.* Sicut & vice versa parentes in liberorum eiusmodi hæreditate communi privilegio haud gaudent, sed fratribus defuncti postponuntur. Mev. *dist. tit. 2. art. 7. n. 17.* Frustra proinde ubi huiusmodi exclusio a Successione adest, vrgeretur institutio in legitima.

§. XXXVI. Idem etiam Iuris est, si filia per renuntiationem solennem Successioni paternæ repudium dederit, tali enim casu nec Ius petendi legitimam habebit. Knipschild: *d. Fideicommiss. Illustr. Cap. 6. n. 137. Carpzov. P. II. C. 35. d. 16. Galerat. Tr. d. Renunciator. Cent. 1. Renunc. 47. n. 7. Betsius d. Paët. Famil. Illustr. cap. 4. pag. 77.* Adeoque nec in testamento reciproco talis filia ratio habenda erit. Opinantur quidem nonnulli, ad exclusionem a legitima non sufficere generalem renuntiationem Successionis, nisi & in specie legitime renuntiatum sit. Mynsing. *Cent. 1. Obs. 36. Berlich. P. 2. Concl. 43. n. 46.* Unde & specialem renuntiationem tam intuitu ipsius legitime quam eius supplementi exigit quoque Carpz. *Lib. 6. Resp. 46.* Ast non apparet, qua ratione remota Successione ab intestato, legitima adhuc peti possit, contra expressam *l. 6. §. 1. ff. d. Inoffic. Testam.* Ut taceam renuntiationem Successionis plerumque sub iuramento fieri, *cap. Quamvis 2. d. Paët. in 6. huius vero tantam efficaciam esse, ut habeat vim specialis exclusionis, communiter notum est, Muscul. d. Succession. Anomal.*

Si liberi se-  
paratim  
eorum Insti-  
tutio.

Quid si Suc-  
cessioni re-  
nuntiaue-  
rint?



*mal. membr. 2. n. 289. Couarru. ad dict. cap. Quamuis P. III. §. 3. n. 7. Galerat. dist. Renunc. 47. n. 8.*

Cautela ut  
exigatur eo-  
rum consen-  
sus, quibus  
legitima de-  
betur.

§. XXXVII. Quod si ergo personæ adsint, quibus legitima necessario relinquenda, caute faciunt Coniuges, si illarum consensum & approbationem in specie exigant. Licet vero hæc approbatio demum post mortem Iure Iustina-  
neo fieri debeat, ne alioqui peccetur in Leges pacta successoria prohibentes, l. 15. & l. fin. C. d. Pact. add. l. 5. §. 10. l. 12. pr. & l. 23. §. 1. ff. d. Inoffic. testam. l. 8. §. 1. C. eod. Attamen cum abunde notum sit, talia pacta moribus Germaniæ approbari, quibus agitur de remissione futuræ Successionis iuxta dict. cap. Quamuis d. Pact. in 6. ibique Dd. Inde nihil obstat, quo minus etiam legitimæ futuræ renunciari possit, cum hæc licet legale beneficium sit, invito tamen non obrudatur, l. 35. §. 1. & 2. C. d. Inoffic. testam. ibique Dd. V. Galerat. Cent. 1. Renunc. 47. n. 5. Meu. P. 5. Dec. 283. n. 8.

An Portio-  
naria in  
testam. re-  
cipi præiudi-  
cari possit?

§. XXXVIII. Tangendum hac occasione illud quo-  
que adhuc erit, an sicuti legitimæ præiudicium inferri ne-  
quit per testamentum reciprocum, idem quoque obtineat  
quoad portionem Statutariam; nam hanc eiusdem efficaciam  
esse cum legitima constat, adeo ut neuter Coniugum alteri  
in suo testamento in ea præiudicare possit. Kohl. ad Const.  
March. de Success. Coniug. q. 11. n. 2. Berlich. P. III. Concl. 9. n. 4.  
Carpz. P. III. C. 7. def. 2. Sed vero dubitandum non est, substi-  
tere testamentum reciprocum, non tantum si portio statu-  
taria augeatur, quod & in testamento non reciproco fieri po-  
test, cum hic nihil detrahatur Iuri per statutum quæsitum; sed  
etiam si diminuta fuerit, supposito, quod utriusque volun-  
tate & consensu testamentum sit conscriptum: Cum enim  
hic videat alter præiudicium portioni statutariæ inferri, at-  
que consentiat, damnum sua voluntate sustinet, neque iniu-  
riam patitur; idemque hoc casu foret, quam si pacto dimi-  
nuta esset Portio statut. quod fieri posse in comperto est.  
Kohl. dict. Tr. qu. 10. n. 5. Schepliz. ad Consuetud. March. P. III.  
tit.



*tit. I. §. 5. n. 8.* Hinc quamvis vxor Iure Saxonico ratione bonorum mobilium plane intestabilis sit, cum hæc excepta legitima liberorum marito ex prouisione Iuris debeantur, Carpz. *P. III. C. 25. def. 18.* Nihil tamen obstabit, quo minus in hoc testam. recipr. partem mobilium alii relinquere possit, cum hic nihil inuito marito fiat.

§. XXXIX. Caterum quia theses saltim de argumeto nostro proponere hac vice volumus, instituti ratio non patitur, vt latius in ea, de quibus hæctenus tractauimus, vel quæ vltcrius huc referri potuissent, diffundamur; præcipue quum pleraque generalibus innitantur, & cuilibet testamentorum speciei communibus principiis, quorum applicatio ad testamenta Coniugum reciproca haud difficilis esse potest. Ita etiam quod heredis institutionem, quæ inter solennia testamentorum, vti appellantur, interna, potissimum est, totiusque caput & fundamentum dispositionis, attinet, dubium non est, quin & ipsa generatim communibus vltimarum voluntatum regulis contineatur, atque si secundum illas expressa fuerit, recte sese habeat. Id saltim obseruari meretur: Quod tum quoque reciprocum adhuc censendum sit testamentum, si Coniuges non semet ipsos quidem, at suos tamen inuicem & ultro citroque instituerint hæredes. vid. Dn. Schilt. *Ex. ad ff. 39. §. 58.* Quod si vero vnus tantum partis hæres, vel extraneus plane, ab vtroque institutus fuerit, licet & hic mutuum quiddam concurrat, & duplex adsit hæredis institutio, reciprocum attamen testamentum haud dici poterit; sed simultaneum tantummodo, arque hæredum institutio, licet duplex sit, eorundem tamen solum est, quod aliter obtinet in recipr. dispositione vid. *Id. cit. l.* Vnde simul præpøsteram illam Vultei *Tom. 2. Consil. Marburg. Conf. I. n. 3.* aliorumque nonnullorum subtilitatem esse, quando mutua potius quam reciproca, hæc dicenda esse testamenta contendant; licet promiscuum vocabulorum horum vsum esse, negari non possit.

De Heredis  
Institutione.

D

§. XL.



De Substitut.  
& Fideicom-  
miss.

§. XL. Vti alius in testamentis primo instituto alius de-  
nuo ipso deficiente substitui potest hæres, ita eodem quoque  
modo in Reciprocis sese res habet. Confundenda tamen  
non est hoc casu substitutio reciproca cum vulgari illa, quæ ab  
eodem fit testatore, & substitutorum ratione tantum ita de-  
nominatur. V. Ioh. Petr. Aëtolin. *Resolut. Forens. 14. n. 29.* Vinc.  
Fular. *d. Substitut. q. 475. n. 23.* Pariter etiam fideicommissa in  
hisce testamentis æque ac aliis locum inveniunt. nec infre-  
quentia inter Coniuges sunt; cum plerumque communi  
sanguini hæreditas post utriusque obitum deferri soleat.  
Quod ad constituendum fideicommissum sufficit. v. *Meu. Conf.*  
*94. n. 49.* Atque tum si vtrinque zu gleichen Eheilen instituti  
fuerint Consanguinei, in capita succedunt. v. *Carpzov. P. III.*  
*Conf. 7. def. 20.* Cætera eodem modo in omni testamento-  
rum genere sese habent. Præterquam quod si coniux super-  
stes diu possederit hereditatem fideicommissariam, haud am-  
plius Trebellianicam deducere possit. *Rittershus. Resp. Altorf.*  
*58. p. 150.*

Vnde hauri-  
enda sit De-  
cisio Quæst.  
de effectu  
Testam. Re-  
cipr.

§. XLI. Expeditis ergo, quantum sufficere visum, quæ  
ad Personas atque formam thematis nostri pertinent, super-  
est, ut de effectu testamenti reciproci atque revocatione, item-  
que Cautelis isthuc pertinentibus, quod potissimum in hac  
materia est, aliqua adhuc proponamus. Sed quoniam fun-  
damenta tractationis huius e natura atque indole vltimarum  
voluntatum hodierna, itemque conventionum & pactorum,  
in quantum ad negotia testamentaria pertinent, quam maxi-  
me desumenda sunt, inde necessitas exigit, vt attentius non-  
nihil in illa prius inquiramus, atque quid Iustiniano, quidque  
Germanicis Iuribus olim his in partibus obtinuerit, vel redu-  
ctum hodie retentumque sit, dispiciamus. Nam ex horum con-  
fusione factum est, quod tam varie hæctenus lites huiusmodi ex-  
ercuerint Interpretes.

De Pactis  
successoribus  
secundum  
Ius Roman.

§. XLII. Pactorum autem successoriorum, vti dicun-  
tur, varias a DD. nostris constitui solere species, notum est. Ge-



Generalissime diuiduntur: quod vel de tertii alicuius, vel de pacipientium propria hereditate concipiuntur. Istorum fedes est in *l. vi. C. de Pact.* Et admittuntur, si ipse, de cuius hereditate initum fuit pactum, consensum suum illuc accommodarit, & in eo vsque ad extremum vitæ spatium perseverauerit. Quando nim. certus est, si vero incertus sit, perpetuo valent. vid. *Dd. in d. l. vi. C. de pact.* Sed altera iterum vel Conseruatiua, vel Acquisitiua vel Restitutiua, vel omisitua sunt. vid. *Illustr. Dn. Stryk. d. Success. ab Intest. Diss. 8. cap. 1. §. f.* Nobis hic de posteriori tantum genere, & quidem de pactis potissimum acquisitiuis agendum erit. Describit illa *Hahnus de Iur. Rerum Conclus. op.* quod sint Conuentiones, de hereditate ipsorum pacipientium, siue vtriusque seu tantum alterius, vel sibi vel aliis acquirenda, initæ. Quomodo autem a cæteris distinguenda sint, exponitur ab *Dn. Stryk. cit. disp. 8. Cap. 4. §. 1. & 2.*

§. XLIII. Hæc itaque unico tantum in casu, quando scil. a militibus inita fuere, de Iure Ciu. substituisse deprehenduntur; Alias autem omni in vniuersum effectu destituebantur. *vid. l. 19. C. de Pact.* vbi ab initio, ne quidem vt mortis causa donationem inter priuatos valere pactum eiusmodi, vt qui superuixerit, alteri heres esset, statuitur: De militibus autem exceptio subiungitur, ex ratione: quod voluntas militis quoquo modo contemplatione mortis in scripturam redacta, vna postremi Iudicii obtineat. Quo loco tamen simul notandum est, naturæ fuisse ista pacta irregularis plane, quippe in vim vltimarum voluntatum valitura, nec proinde vt vulgo, irreuocabilia. vid. *Carpz. P. II. C. 35. def. 20. Richter. Dec. 26. n. 18. seqq.*

§. XLIV. Neque interest, an Conuentiones huiusmodi pure, an vero alia sub forma vel colore, vt donationis aut transactionis causa fuerint. *vid. l. 34. C. de Transact.* Siue etiam reciproce, *arg. cit. l. 19. C. de Pact.* frustra exceptionem fingentibus hoc casu *Dd. quibusdam: Quod reciprocatio*

Unico tantum casu valide condici poterant.

Nihil proficit, si tunc Donat. aut transactionis initæ fuerint.



sinistram illam suspicionem desiderandi mortem alterius excludat; quin imo, cum bona non promittantur, vt futura successio, obligatio tantum conditionalis subsit, quæ, eueniente conditione, retrahatur & pro pura habeatur. vid. Gail. *L. 2. Obs. 126.* Neutro enim res confici potest, quoniam tali obligatione condicionali non minus impeditur libertas testandi, ac alio quouis pacto; Nec votum captandæ mortis alienæ solummodo pactis huiusmodi aduersatur, ceu paulo post videbimus. Et expresse de pacto reciproco casus est in dict. *L. 19. Conf. Carpz. 5. Resp. 5. H. Pistor. P. 4. Q. 2. n. 17. 18.*

Vel quouis  
alio.

§. XLV. Idem & de aliis pactis eiusmodi similibus actibus habendum, vt pollicitatione & stipulatione, vid. *L. 30. C. de Pact. l. 4. C. de Inutil. stipulat.* vtur sub poena conceptæ fuerint, cit. *L. 4. iunct. l. 61. ff. de Verb. oblig.* non obstante *L. 132. ff. Eod.* vbi, si pater naturalis ab adoptiuo certam pecuniæ summam stipulatus fuerit in casum, si is filium exheredauerit, committi stipulationem Paulus responder. Quoniam ibi non de acquirenda hereditate, sed saltim de euitanda exheredationis iniuria agitur. Conf. Dn. Stryk. *Tr. de Success. ab In-test. Disp. 8. 12. 26. iunct. l. 195. ff. de R. l.* Et diserte ac generaliter pronuntiatur in *l. 43. C. de Transact.* neminem ad implendum promissum hereditatis propriæ pollicitatione adstringi debere. Nec etiam in recessu quid habet, quod comminiscitur Ramat. in cap. *quamuis n. 34.* & post eum Couarruv. *ibid. in pr. n. 3. v. 7. & 9.* istam LL. prohibitionem ad pacta tantum nuda pertinere, & stipulationem proinde ac promissum nudum admittendum fore. Cum eadem vtrouique ratio obtineat. Add. H. Pistor. *P. 4. q. 2. n. 21.*

Idem etiam  
ratione reli-  
querum con-  
tractuum ob-  
tinet.

§. XLVI. Simili, ceu diximus, inualiditate cæteri quoque contractus, quatenus in iis de successione quid dispositum inuenitur, laborant. Quod patet ex *l. 52. §. ff. 9. pro Soc. in qua casus habetur de Societate, quæ ita conuenta fuerat, vt post mortem etiam porrigeretur, & tunc superstes defuncto simul successor esset; Deciditur vero inane esse tale consilium*



lium, nec obfuturum proximiori cognato. Conf. Dn. Stryk.

*cit. l. §. 12. 27.*

§. XLVII. Sed hæc de Iure Romano strictim retulisse  
 sufficiat; prolixius hanc rem pertractarunt Barth. Muscul.  
*de Success. Conuention.* pasfim. Hartman. Pistor. *P. IV. Q. I. seqq. nar.*  
 Ioh. Dauth. *Tr. de Testam. vt & in Expos. Cap. Quamuis in 6. ac l.*  
*vlr. C. d. Pacl.* Omnium vero distinctissime Dn. Stryk. *Tr. de*  
*Successione ab Intestato. Dissertat. VIII. Cap. præcipue 12.* vnde, quæ  
 ad pleniorum huius materiæ intellectum pertinent desumi  
 poterunt. Caterum cur ita constitutum fuerit Iuribus Ro-  
 manis, variæ deprehenduntur subesse rationes. Prima &  
 præcipua est; quod aduersus bonos mores & Ius Gentium  
 sit eiusmodi pacta. *l. 29. §. f. ff. de Donat.* 2.) Votum captan-  
 dæ mortis alienæ contineant. 3.) Obstent liberæ testamen-  
 ti factione; 4.) Quoniam successio sit iuris publici, priuatorum  
 pactis haud immutari possit, & 5.) quod hereditates non pa-  
 ctis, sed lege vel testamento deserantur.

Rationes Le-  
gum Roma-  
nar.

§. XLVIII. Atque de his, quoniam omne præsidium  
 ac sententiarum fundamenta, qui vel hodiernum pactis de  
 successione aut hereditate disponi non posse arbitrantur,  
 vel illa ad minimum reuocabilia esse debere contendunt, inibi  
 reponere solent, sigillatim iam nobis videndum erit. Et Ius  
 Gentium quidem quod attinet, licet ipsa vis vocabuli  
 inibi respectum ciuilem excludat; atque in Iure Romano  
 quoque describatur, quod sit istud Ius, quod ratio naturalis  
 inter omnes homines constituerit, quodque apud omnes per-  
 æque custodiatur, dicaturque Ius Gentium, quasi quo Iure  
 omnes Gentes vtantur. *Vid. l. 9. ff. de J. & J. idemque cum*  
*ipso genere humano proditum esse &c. idem istius Legis au-*  
*tor Caius in l. 1. ff. de Acquin. Rer. Domin. tradat.* Alias vero  
 sæpius vnum quoque idemque denotet, ac quod Naturæ Jus  
 appellatur. *arg. l. Juris Gentium 7. pr. ff. de Pacl.* Conf. Iac. Cu-  
 iac. *ad l. 1. ff. eod. ab initio.* Istorum tamen vt & reliquarum  
 definitionum omnium, quas possum vulgo Iuris Naturæ atque

Examen ea-  
rundem.

o- Quid si Ius  
Gentium in  
l. 29. ff. de  
Donat.



Gent. Canonicique interpretes conficiunt, nihil huc applicari posse, facile perspectu est.

Apud plerosque Populos & in specie Athenienses sero demum inualuisse testamenta.

§. XLIX. Atque huc inde ordiamur, quod de communi populorum vsu Caius, ceterique prætendunt, qualecunque id alias argumentum fuerit, certum est, testamentorum vsum apud plerosque sero demum inualuisse. Quin ipsi Græcorum cultissimi, & a quibus Romani fundum atque fundamenta Legum Iuriumque suorum primum mutuati fuerant, Athenienses, ante tempora Solonis nullum omnino testamentorum vsum habuere, sed & pecunia & domus, ut loquitur Plutarch. in *Vit. Solon.* in defuncti familia remanere debebant. Postquam autem per Solonem constitutum esset, ut testari liceret, tantæ amplitudinis tamen aut favoris illa libertas, ac Romæ nullatenus fuit. Neque etiam oburgentem Iuris Naturalis vel Gentium necessitatem a Solone introducta, sed ideo potissimum, ut esset, qui defuncto iusta faceret; vnde etiam liberis masculis existentibus nullus adhucdum testamento locus erat. Vid. Desider. Herald. *Comment. ad Ius Atticum & Roman. L. 1. cap. 7. n. 6. seqq.* & *Quæstion. quotidian. L. 1. Cap. 17. §. 6.* Poterat quidem iam ante Solonis ætatem moriens quid amicis suis dare Herald. *cit. cap. 17. §. 6.* Verum hoc fauorem actuum potius inter viuos quam testamentorum inuoluit.

Item etiam apud Germanos.

§. L. Eodemque modo etiam in Germania nostra res ordinandi obtinuit consuetudo, sed uti Tacit. de *Morib. German. cap. 20.* testatur *sui cuique liberi, heredes Successoresque existebant, sique hi non adessent, proximus in successione gradus, fratrum, patruorum &c. attendebatur.* Neque apparet aliud quid, antequam Sacra Christianorum introducerentur, his in partibus receptum, vel postquam id contingeret, ob rationem aliquam Iuris Naturæ vel Gentium, aut honestatem moralem factum fuisse; Sed causam potius Clericorum auaritia atque cupiditates suppeditabant. Nimirum quum homines in articulo mor-



\* (31) \*

mortis constituti quam maxime liberales esse soleant, præprimis, avaritiam  
si aliqua accesserit superstitio, inde cum Clerus amplis inhiaret, causam testa-  
prouentibus atque bonis Laicorum, nullum commodius re- mentorum  
medium suppetere poterat, quam vt morituris, iamque salua- in Germania  
ri cupientibus, haud amplius profutura bona, æternam hac fuisse.

§. LI. Hoc autem, cur ita dicamus, multa admodum per- Probatur as-  
suadent. Nam & antiquissima testamentorum exempla fer- fertum.  
re omnia dispositiones ad Ecclesias piæque causas solum-  
modo continent. Vel nullibi saltim hinc non aliquid simul  
relictum fuisse deprehenditur. Quin Saxonum Lege nemi-  
nem omnino heredem instituere, nisi Ecclesiam, vel Regem  
quoniam nempe ab hoc ferenda Lex erat, permiffum fuerat.  
*LL. Saxon. Tit. 14. cap. 2.* Quam maxime vero id etiam argu-  
unt flosculi illi, quos in nullis non veterum testamentorum  
codicibus obseruare licet: *Ad Animæ Salutem; In Remissionem*  
*peccatorum; ad promerendam æternam beatitudinem. &c.* Vid.  
*Recueil des Paix, &c. passim. Et Goldast, cit. Antiquit. Alemann.*  
*Tom. II. vnde vnicum saltim, quod sub n. 12. P. 1. exhibet, exem-*  
*plum excerpemus, vbi Gebatinda quædam ait: Quoniam nihil*  
*cuiquam lux fugitiua valeat, nisi quantum poterit de præsentia mer-*  
*cari æterna; ideoque sese cogitasse æternam retributionem dono &c.*  
*ad causam Dei daro &c.* Conf. omnino etiam Formulæ Marculph.  
in *Edir. Baluz. Lib. II. qui Scædolum continet, qualiter charitas pa-*  
*gensis fiantur, existentes, vbi prima statim formula longam*  
*admodum eiuscemodi præfationem exhibet. iuncl. 2. 3. 6. ac*  
*seqq. passim: Add. Bignon. in Not. ad diel. Form. 1. qui & ex*  
*Gregor. Turon. L. 6. cap. 20. &c. & ex Saluiani Masfil. Presbyt.*  
*integris quatuor libellis, quibus is diuites omnes vehementis-*  
*sime adhortatur, præcipue eos quos grauium delictorum*  
*terror exagitaret, quosque peccatorum conscientia excru-*  
*claret &c. vt peccata sua misericordijs, largitionibus, & ele-*  
*mo-*



mosyns redimerent; aliisque locis egregie quæ diximus confirmat. Pertinet huc etiam, quod in præcis Francor. Capitula *prelia peccatorum &c.* res Ecclesiæ atque pauperum sæpius appellatas fuisse deprehendatur. Ut taceamus eorum, quæ ex Iure Canon. huc afferri possent; & historia ecclesiastica, in quam nobis ulterius inquirere haud vacat.

Testamenti  
factionem  
neque ex Iure  
Gentium  
neque Natur.  
est.

§. LII. Quæ de Germanis modo atque Græcis adduximus, quod nullum antiquitus habuerint usum testamentorum, eadem & de Hebræis, Ægyptiis, Gothis, Danis aliisque si id ratio propositi permitteret, demonstrari possent. Sed & ex pauculis hisce satis iam constare poterit, nullum quod testamentorum condendorum licentiam præciperet vel inter omnes Gentes æque seruaretur, aut quo minus libertatem istam sibi ipsi quis adimere posset, præcaueret, Ius Gentium, subesse, aut probari posse. Permissivi autem nullam vim hic esse posse, palam est. Rationem naturalem neque venditare solent Dd. neque etiam inueniri posset. Nam quod aiunt, quemque rerum suarum Dominum esse, & nihil magis deberi hominibus, quam ut vltima eorum voluntas efficax sit, parum omnino stringit, cum a nullo receptoris, quibus detur, nihil intersit, Seneca *de Benefic. l. 4. c. 11.* Itaque non aliter saluari vel intelligi poterit, quod de Iure Gent. in *tit. 1.* Ictus dixit, quam si cum quibusdam inter Ius Gentium proprie tale, & quod initio Ciuile fuit, quoniam tamen postmodum ad varias Gentes peruenit, receptumque fuit, hoc nomine ius Gentium appellatum fuerit, distinguere velimus. Quo sensu etiam in *l. 8. §. fin. ff. de Acceptilat.* Iuris Gentium vocabulum accipiendum esse manifestum est, cum ibi acceptilationem Iuris Gentium contractum esse dicatur, quod tamen nemo dixerit, solennia & concepta verba requirere, quæ in acceptilatione omnino necessaria sunt. *l. 1. C. d. Acceptilat. dict. l. 8. & l. 18. ff. eod. §. 3. Inst. Quib. mod. coll. oblig. Conf. Ant. Faber Iuridprud. Tit. 2. princ. §. illat. 1.* Sed vero hoc Ius Gentium purum purum Ciuile Iustinianeum, quid

Ius Gentium  
Papiniani.



quid esse, nec alias Gentes stringere posse non potest non e  
 dictis elucescere; vt proinde recte omnino Anton. Faber: *de* merum Ciui-  
*Error. Pragmat. Doc. 56. Error. 2.* ridiculum dixerit, testamenti te quid esse.  
 factiōnem ex Iure Gentium esse, existimare.

§. LIII. Neque aliud quid de bonis istis moribus haben- Bonos mores  
 dum est. Vt enim quomodo quibusue & principis rite h. l. Ciuiles  
 definiti debeant boni mores, varie admodum Iuris Nat. Gen- tantum esse,  
 tiumque Dd. digladiantur, quorum litibus hoc loco defini- non natura-  
 nolumus, in hoc tamen plerumque conueniunt, quod ex ho- les.  
 nestate naturali & congruentia quadam cum natura ac ratione  
 hominis dimetiendi sint. Papinianus vero in *l. 15. ff. de Con-*  
*dit. Instit.* Honestate, Pietate & Verecundia subinclusis, ge-  
 neralem eorum, quæ decent hoc nomine complexum propo-  
 nit. Sed quomodo hæc & similia isthuc pertinere queant, nul-  
 libi inuenitur a Dd. esse demonstratum. Et hinc bene inter  
 bonos mores Ciuiles & naturales nonnulli distinguunt. vid.  
 Hillig. ad Donell. *Enucl. 21. 13. 5.* Ita scilicet, vt quum Iure Ro-  
 mano cuiuslibet libera esse debuerit testamenti factio. *L. 52. §. 9.*  
*ff. pro Soc. l. 15. §. f. C. de Pact. Conf. Cuiac. L. 10. obs. 21.* Pacta  
 adeo, & stipulationes, quibus quis alterum ad relinquendum  
 sibi obligare voluisset, pro vitiosis & improbis haberentur.  
 vid. *cit. ll. iunct. l. 61. ff. de V. O. l. 4. C. de Inutil. stipulat. Jac. Cuiac.*  
*Comment. in l. 26. ff. de V. O.* Anton. Faber. in *C. L. 5. T. 9. d. 6. n.*  
*10. in f.* At vero hoc modo nihil ad Germanos attingere posse bo-  
 nos istos mores, facile consequitur; cum ratio illa de liberta-  
 re testandi, vt reliquæ, ceu mox videbimus, puræ ciui-  
 les Romanæ sint.

§. LIV. Secunda ratio est, quod Pacta Successoria in- De voto ca-  
 voluant vorum captandæ mortis alienæ. Sed si hac rem con- ptandæ mor-  
 fici porteret, nulla neque ab intestato, neque per testamenti tis alienæ.  
 obtinere posset successio. Nulli enim non locus est votis  
 eiusmodi. Quanquam cum de pactis acquisitiuis solummodo  
 nobis res sit, hæc ratio non adeo hac pertineat. vid. Dn. Stryk.  
*de Success. ab Intest. D. §. c. 12. §. 28.* Hartm. Pistor. *P. IV. q. 1. n. 29.*

E

§. LV.



De libertate  
testandi & Iure  
Publico  
Romanorum

§. LV. Tertio reprobati diximus istiusmodi pacta ideo, quod obstant liberæ testamenti factioni. Verum quia hæc ex sequenti ratione, quam ex Iure Publico desumunt, potissimum dependet, inde quid per istud sibi velint Dd. antea videndum erit. Equidem isto sensu, quo communiter solet, accipiendum haud esse hoc loco Ius Publicum, manifestum est. Cum neque Sacra, aut Sacerdotes, vel Magistratus, sive publicus Reipubl. Romanæ status villo modo cum testamentis priuatorum commune quid habuerit. Et absurdum etiam foret ex Iure Publico Romanorum ad Germanos concludere velle, cum horum Respubl. ab illa toto cœlo diuersa sit.

Quo sensu  
intelligendū  
fit, h. l. Ius  
Publ.

§. LVI. Sed & istud Iuris publici nomine in Iure Ciui. venire, quo generaliter omnes vtuntur ciues, quodque commune in Ciuitate est, patescit ex *l. 38. ff. de Pact. l. 45. §. 1. ff. de R. 7. l. 5. §. 1. ff. ad L. Falcid.* Frequenter etiam *uav' ἐξ ὅρων XII.* Tabl. Iura hoc vocabulo indigitantur, quæque exinde descendunt, vel generalius e Legibus atque Constitutionibus Principum, Iuris dicuntur Publici. vid. Iac. Cuiac. *Comment. in Quest. Papinian. L. 14. l. in ff. 3. qui testament. fac. poss. iunct. l. 1. ff. de Testament. milit. l. 3. §. 1. ff. de Bon. Libert. L. 4. C. eod.* Conf. idem Cuiac. *ad l. 38. ff. de Pact.* vbi nihil aliud, ait, Papiniano in ista *l. 38.* Ius Publicum esse, quam Leges atque mores, vel quod alias Ius commune, solenne, &c. appelletur, veluti Ius & Libertas testamentorum, ab intestato Successionis XII. Tabl. Iure prodictum, Ius prohibita donationis inter virum & vxorem, Lex Falcidia, Scta, Constitutiones; Item quod ex Edicto Prætoris & Lege Papia prognatum fuerit. *cit. ant. loc.* Vel demum ideo dicendum erit Iuris Publici habitam fuisse testamenti factionem, quod ad Ius atque Libertatem Quiritium pertinuerit, ceu tradit Dn. Schilter. *Exerc. ad ff. 14. §. 7.* Namque præter Libertatem, Gentilitatem, Patriam potestatem &c. cum primis etiam testandi libertas eo referebatur, vid. Car. Sigon. *de Antiq. Iure Ital. Libr. 1. cap. 4.*

§. LVII.



§. LVII. Ceterum quocunque tandem modo Ius istud Peculiare, ab omnibus aliis Rebus Publicis distinctum fuisse negari non quid Romanis fuisse, potest. Et Leges quidem XII. Tabb. vnquam Germanis cognitas saltem fuisse, nullibi deprehenditur. Vt vero Iuris Publici illa omnia dicerentur, quæ ex Constitutionibus Principum profluunt, nunquam apud nos, tali ad minimum effectu, moris fuit. Quiritium autem Iura, qui Germanis inthesi adaptare voluerit, neminem hæcenus tam absurdum deprehendi. Neque vllibi vel minimum receptionis vestigium demonstrari posset. Imo ipse Iustinianus Imperator in §. 1. *Inst. d. Patr. potest.* Ius istud potestatis, quod in liberos suos Ciues Romani obtineant, quodque modo diximus, e Iure Quiritium, sicut & testamenti factionem descendisse, ita proprium illorum esse perhibet, vt nulli dentur homines, qui talem in prolem suam, qualem ipsi potestatem habent. Notumque & alias est, quod tam in actibus inter vivos, quam relinquendis in morte bonis semper peculiari ac diuerso a reliquorum eiusdem Reipubl. membrorum iure Ciues Romani vti fuerit; ita quidem, vt neque testamentum facere, neque aliquid testamento a Ciue Romano accipere, nisi Ciuis potuerit. Vid. laud. Sigon. *de Antiqu. Iur. Ciu. Rom. Lib. I. cap. 12.* Vnde etiam passim obuia sunt distinctiones illæ inter Ciues & Peregrinos, populum fundum, Latinos Iunianos, Dedititios, Adscriptitios &c. quique in municipiis, vel qua alia conditione essent: quæ tamen omnia ad Germanos nullo modo applicari queunt. Nam nullius non generis homines, & proprios quoque apud nos testamenta condere posse, omnes confitentur.

§. LVIII. Adeoque manifestum est, frivole admodum Hypotheca istam male ad Germanos applicari. Et de filiofam. testante.

Dd. Germanicos Ius Romanorum publicum hoc in passu refoccillare: Cum rationem asserti omnino nullam reddere queant, vel vnquam a Germanis privato Iuri exempta fuisse testamenta, probare. Conf. Dn. Schilter, *Exerc. ad ff. 14. §. 48. Et*



que hinc, quod obiter monemus, nullum quoque dubium est, filium familias consentiente patre recte hodie testamentum condere posse. Quoniam de Iure Romano, nulla alia ratio, quam quod testamenti factio iuris publici esset, adeoque privatorum arbitrio concedi non posset, obstiterat; quippe mortis causa donatio a filio familias consensu patris apud Romanos omnino valide fiebat. *l. 25. §. 1. ff. de Donation. mort. caus.*

Testamenta  
non amplius  
favorabilia,  
sicuti apud  
Romanos  
esse.

§. LIX. Suppositis hisce, pronum est de ratione tertiae iudicium. Nam cum Brocardica illa: quod ultimæ voluntates multo favorabiles sint, quam dispositiones, quæ inter vivos sunt. Vultei. *Consil. Marpurg. Vol. 2. Conf. 25. n. 31.* Atque hinc plenius interpretandæ. *l. 12. ff. de R. I.* ita ut in dubio semper pro testamentis pronuntiari debeat. *l. 4. ibique Dd. C. de Iur. & facti ignor. l. 66. in pr. ff. de Leg. 2.* Regner. Sixtin. *Consil. Marpurg. Vol. 2. Conf. 21. n. 52.* & quæ alia huius generis complura sunt, ex indole LL. & Iurium Romanorum, de Iure Publico s. Quiritium, itemque Gentium & pactis, vnice, ceu diximus, prognata fuerint; Hæc vero omnia citra summam absurditatem Reipublicæ atque moribus Germanorum applicari haud possunt, inde necessum vtique est, nullam amplius eorum legalem esse posse auctoritatem.

Querelam  
Inofficiosi  
Testam. apud  
Germanos  
pro odiosa  
habendam  
haud esse.

§. LX. Atque de querela Inofficiosi inter alia omnino recte asserit B. Dn. Brunnem. Quod neutiquam apud nos pro odiosa amplius haberi debeat. Nam cum ista hypothesis in Republ. Roman. ex Iure Quiritium, Patriaque potestate profuisset, quæ tanta erat, ut omni vitæ tempore, & in carcerem mittere, & flagris cædere, vinculumque ablegare ad opera rustica, quin & necare filium si liberet, patri permissum esset, vid. Dionys. Halicarnass. *L. 2. Antiquit. Romanar. circa legem Romuli 14.* Atque hinc etiam nulla culpa aut meritorum causa, vel facta mentione, sed mero tantum arbitrio, vsque ad tempora Justiniani, liberos a successione remouere liceret. vid. Dn. Scilter. *Ex. 14. §. 6.* Apud Germanos vero nihil vnquam hissum le obtinuerit, sed e contrario liberorum cæterorumque iure



Iure sanguinis venientium successio, ab omni retro tempore maxime fuerit favorabilis; nec nisi vnico tantum casu, Saxon. in specie LL. permessa exhereditatio; Quando nempe famis necessitate coactus ab illo quis sustentatus fuisset, quem heredis sui loco instituerat. *L. Saxon. cap. XIX. Add. Dn. Schilter. cit. l. §. 37.* Hinc etiam nullum odio locum hac in re esse possibile patet.

§. LXI. Denique vero fauor testamentorum, aut ambulatoriæ voluntatis similibusque in Germania ideo quoque præcipuus præ aliis actibus inter viuos haud esse potuit, vel hodiernum prodest, quod non solum initio nulla omnino condolerent testamenta, sed etiam postquam recepta fuissent, multo tamen adhuc frequentius esset ac solemnius, vt Pactis aliisque modis inter viuos de Successione & hereditate disponeretur quam vt testamenta fierent. Ceu videri potest apud Marculph. & Goldast. *supr. tit. II. Vt taceam* plerumque de mobilibus tantum bonis in istis constitui potuisse, vel alias tamen hereditibus ab intestato maximam semper relinquendam fuisse partem. Vid. Lindenbrog. in *C. LL. Antiquar. passim.* Recentiora autem tempora quod attinet, vtique notissimum est varia illa Ganerbinatum, Familiarumque & similia compactata, vbiuis in obseruantia superioribus fuisse Seculis, cum e contrario testamentorum vsus suo adhuc tempore insolentem fuisse apud mediæ Plebis Germanos, seque nunquam talia vidisse Zasius perhibeat *L. 1. Resp. 3. 76. add. Dn. Schilter. ex. ad ff. 8. §. 38.* vbi de plurium & nominatim Mynsingeri atque Hottomanni consensu attestatur.

Vterius probatur fauor testamentorum in LL. Romanis conspicuum ad Germanos haud applicari posse

Continuatio §. præced.

§. LXII. Quænam hodiernum Geradæ, Bonorum familiaræ, vel fideicommissariorum, feudalium, item statutis Hamburgensibus, aliisque hereditariorum omnium, conditio sit, notum est, & continentur omnes quantumuis alias libertatem testandi ex LL. Romantis crepare soleant. Pertinet huc quoque quod in *Leg. Aul. Norweg.* quas cum Comment. exhibuit Resenius *c. 4.* dicitur: Consuliorum optimum esse, re cum amicis



micis fidis communicata, sibi ipsi *adhuc viventi bene consulere*, in secunda potius valetudine quam ingravescente morbo &c. Et huiusmodi alia plura afferri possent, quibus demonstraretur, si dubium amplius esse posset, plane separatim & peculiare quid Romano populo fuisse, quod testamenti factio pro re tanti fauoris haberetur. Vt adeo maximopere friuolam atque absurdum Bartoli enunciatum fuerit: quod Dn. Schilter *Exerc. 14. §. 48.* refert: Nullam sub sole dari cautelam, qua impediri possit testamenti factio. Confer. *idem cit. loc.* Quin quod in vulgus constet, mulierem Saxoniam nulla alia præter mobilia habentem bona, nullum omnino condere posse testamentum. Vt & Iure Marchico maritum, plus quam quatuor liberos & vxorem indotatam relinquente & vice versa. Vid. Dn. Stryck. de *Success. ab Intest. IV. C. 3. §. 62.* Quæ sane & antea dicta omnia testamenti factionem apud nos hodie tantopere favorabilem haberi, nullatenus persuadere possunt.

Falsum hodie esse, quod Pacta non sint modus hereditates transfereendi.

§. LXIII. Ratio quinta nimium Iustiniana est, atque quotidiana praxi satis superque dudum refutata. Conf. Hartm. Pistor. *Lib. 4. qu. 2. 26.* Obstiterat autem illud etiam quam maxime Pactitæ Successioni, quod e Pactis nulla apud Romanos actio daretur; Sed vtut hodiernum Dd. valde nonnumquam hac in materia subtiles esse, ac ineptire soleant, nullo tamen idoneo argumento conditionem ex moribus, quæ eiusdem cum omni alia ex LL. Romanis oriunda actione, utilitatis & ponderis est, pactis derogare queunt. Et ipso etiam Romanorum Iure prætor plenam pactorum validitatem agnouerat, vid. *l. 7. §. 7. ff. de Pact.* Idque naturali æquitati admodum conuenire, ac nihil tam congruum esse fidei humanæ, quam ea, quæ inter paciscentes placuerunt seruare pronuntiat Vlpian. *in l. pr. ff. eod.* Atque alias naturalem obligationem semper e pactis nasci, itidem tolli, in confesso est. Conf. Cuiac. *ad dist. l. 1. ff. d. Pact.* vbi etiam explicat, cur civilem obligationem huiusmodi Conuentionibus tribuere noluerint Romani. Add. Dn. Schilter. *Ex. 8. §. 2. seqq.* Sed istæ subtilitates dudum exoleuerunt; neque Germanorum libertati, vti Quiritium, promissis.



missis & fidei semel data, deesse conuenit. Vid. Dn. Schiltz  
cit. loc.

§. LXIV. Atque hæc de inconuenientia Iuris Iustinia-  
nei hoc in puncto cum ratione atque natura Germanicarum  
consuetudinum Legumque dixisse sufficiat. Conf. omnino  
Dn. Stryk. *de Success. ab Intest. Diff. 8. Cap. 12. seqq.* Praxin por-  
ro atque usum Germaniæ quod attinet, certum omnino est,  
Iuribus Romanis contraria omnia pridem & hæctenus perpe-  
tuo obtinuisse, atque Pacta Successoria dudum in obseruantia  
fuisse, antequam inauditum saltim de Iuribus Romanis fuerat.  
Vid. Dn. Stryk. *de S. A. I. Diff. 8. cap. 1. §. 5.* Hartm. Pistor.  
*L. 4. Q. 2. n. 44.* Gail. *L. 2. O. 126.* aliique passim. Vsque quidem  
aëto, vt nouum Successionis genus in Germania, Conuen-  
tionalis nempe, quam tamen absque causa irregularem appel-  
lant, plerique Dd. agnoscant. Vid. Muscul. *de Success. Conuent.*  
*membr. 1. Class. 1. Concl. 1. B. n. 12. & 34. ibidemque citati, iunct.*  
Klock. *Tom. 1. Conf. 102. n. 130.* Cum primis autem inter Con-  
iugis Pactis de mutua Successione disponi posse testantur  
Pruckm. *Vol. 1. Conf. 1. n. 17.* Petr. Fontanell. *de Pact. Nupti-*  
*al. Cl. 4. Gl. 18. P. 111. n. 110.* Mynsing. *2. O. 33. n. 10.* Carpz. *P. 2.*  
*c. 43. d. 2. n. 6. ibique relat.* Berlich. *P. 2. Concl. 51. n. 5.* Gail. *2. O.*  
*117. n. 5.* Scheplitz. *ad Consuetud. Brandenb. P. 3. 1. 2. §. 5. & 19.*  
Hartm. Pistor. *P. 4. qu. 2. n. 44.* aliique quamplurimi. Imo pra-  
xin hanc vbique fere Gentium receptam esse, probant Ant. Fa-  
ber *Cod. L. 5. t. 9. d. 6.* Mey. *ad Ius Lubec. P. 2. rubr. iij. 1. n. 105.*  
Gothofred. *ad L. 5. C. de Pact. Conuent.*

§. LXV. Speciatim quoque de Pactis dotalibus, quod si  
mul inibi de futura Coniugum Successione generali totius  
Germaniæ Consuetudine constitui possit perhibet Andr. Kohl.  
*d. Pact. Dotal. P. 2. n. 70. seqq.* Richter. *Dec. 26. n. 33.* Dn. Stryk.  
*d. C. C. Sect. III. Cap. 8. §. 1.* Conf. Rosenth. *de Feud. C. 7. concl.*  
*15. n. 17.* Klock. *cit. T. III. Conf. 114. n. 22. & Conf. 123. n. 81. seqq.*  
etque iam antea citauimus. Neque huic multum officere  
potest, quod Coldebacius cum grege Interpretum, quos n. 52.  
Conf.

Antiquissi-  
mis tempori-  
bus ap. Ger-  
manos Pactis  
de Heredita-  
te dispositum  
esse. Idemque  
adhuc hodie  
fieri.

In specie in  
pactis Dota-  
libus id rece-  
ptum per to-  
tam Germa-  
niam esse.



*Conf.* inter Brunnemanniana 105. in auxilium rapit, haud introduci posse statuto vel consuetudine venditat, vt in Pactis dotalibus de Successione valide disponatur. Quandoquidem id, ceu *num. seq.* subiungit, Iuri diuino & Naturali refragetur ac moralem quoque honestatem infringat. Rationibus adeo, si dubio carerent, omnino ponderosis. Nam cum antea deductum sit propostere admodum Romanarum legum placita hac in re obrudi; quod autem de diuino & naturali Iure dicitur, mera sit petitio principii, facile apparet, quod vana sit hac obiectiuncula.

An Pacta Successoria vta-  
ctus inter vi-  
uos alii, an-  
solum vt vlti-  
ma quaedam  
voluntas va-  
lere possint.

§. LXVI. Quanquam autem hæc ita generatim perhibeantur a Dd. dubium tamen insigne adhuc superest, quoniam Iure, vel titulo Pacta huiusmodi Successoria subsistere atque valere possint. Numne scilicet in modum aliorum actuum inter vivos bilateralium, pactorumque in vniuersum, quæ postquam semel inita fuere, necessaria postmodum & iuxta terminos conuentionum adimplenda sunt, *l. j. C. de O. & A.* estimari debeant; an vero secundum naturam vltimarum voluntatum mutari ab alterutro pacipientium inconsulta vel invita altera parte, corrigi queant? Atque hic scopulus ille est, in quem tot agminibus Dd. nostri hæcenus impingere, miro quodam consensu & conspiratione: vt omnino verum sit, quod ex Phil. Decisio P. Fontanella *de Pact. Dotal. Cl. 4. Gl. 21. P. 2. n. 50. refert.* ICTos sicut aues, eo volare omnes, quo vnus primo volauit.

Sententia  
communis  
Dd.

§. LXVII. Scilicet in Classem vltimarum voluntatum reiciendas esse quascunque dispositiones vel liberalitates tractum habentes ad mortem, & de alicuius successione initas, atque per consequens reuocari posse mutarique, vnanimi consensu Dd. nostri pronunciant. Vid. Klock. *Tom. III. Conf.*

Rationes il-  
lorum.

*114. n. 90. 217. seqq. & passim. alii.* Rationes asserti reddunt easdem omnes: quod Vlpianus *in l. 4. in f. ff. d. Adimend. l. trans-fer. Legat.* ambulatoriam hominis voluntatem vsque ad supremum vitæ exitum esse debere, dixerit, Item *in l. 1. C. de SS. Ecclis.*



el. nihil tam deberi hominibus, quam ut supremæ voluntatis eorum liber sit stylus, sancitum, atque in *l. 22. pr. ff. de Legat. 3.* constitutum sit, neminem eam sibi legem dicere posse, ut a priori voluntate ei recedere non liceat. Atque vi harum legum, quicquid liberæ testamenti factioni resistit, absque discrimine reiiciunt, explodunt, irritumque esse iubent; vsque quidem adeo ut & iuramento Pactis de Successione disponentibus adiecto, nullam omnino vim vel effectum relinquunt, vid. Viuius *L. 2. dec. 292. in f. Gabriel Commun. Concluf. Lib. 2. de Iureiur. Concl. 1. n. 8. quosque ibid. alleg.* & ipse quoque Hartmann. Pistor. *L. IV. Q. 1. n. 20.* vtr alias materiam de pactis Successoribus egregie admodum iuxta genium ac indolem Germanicorum Iurium morumque expediuerit, in hoc tamen puncto ob aliis, & Romulearum Legum placitis sese passus est seduci.

§. LXIIX. Verum enimvero, quum nusquam appareat <sup>Sententia</sup> ita distinctum olim apud Germanos fuisse, sed in confesso <sup>contraria de-</sup> <sup>fenditur.</sup> potius apud omnes sit, Ganerbinatum, Familiarumque atque Confraternitatum, itemque Vnionis Prolium, & similia Successionem continentia Pacta, firmo substituisse perpetuoque obligationis vinculo; inde nec hodie aliud quid confingendum est, arg. famosissimæ & quam toties clamitant *Dd. l. 27. C. de Testament.* Illa enim Pacta diu antequam Iurium Romanorum quid cognitum esset, in Germania frequentata fuisse, factis superque notum est. Neque ratio reddi potest, cur quod in vna Pactorum specie obtinuit, non itidem in altera quoque vel inter priuatos obtinere debeat.

§. LXIX. Rationes ex Iure Romano cit. *LL. petitas* <sup>Respondetur</sup> quod attinet, facilis est responsio: quod nempe, donec <sup>ad Rationes</sup> <sup>obstantes.</sup> contra genium Iuris atque obseruantix Germanicæ receptas esse aperte demonstratur, nihil istis probari queat. Receptas enim esse Leges Romanas in Germania, saluis denen alten / wohlhergebrachten / rechtmäßigen / und billigen Gebräuchen / und Gewohnheiten / certum est. Vid. *Dn. Stryk. de Iff. Mod.*



*Diss. Prelim. § 27. Dn. Schilter. Exerc. ad ff. i. §. 11. in nov. vbi ex Habrio ad Wesenbec. de Condi. et. indebit. n. 4. f. probat: Si Ius Rom. Germanico contrarium sit, tunc presumptionem pro Iure Germano esse, & fundantem sese in Iure Romano, receptionem eius illa in re probare debere; atque Iura Romanorum pro nullis esse; vbi de eorum acceptatione & observantia manifesto non appareat. iunct. §. 12. ibique in Nov. lit. d. 3. ac inde dependentibus primis principiis. Add. Conr. Sincerus seu Kulpis Diss. Epist. de German. Leg. Veter. & Roman. Iur. in Republ. nostrae Orig. & auctorit. Dn. Strys. de Success. ab intest. Diss. 8. Cap. 12. §. 36. ibique relatus Cothm. Vol. 2. Resp. 78. n. 176. in f. Ignoscendum & donandum eis esse, inquit, qui de hisce pactis scholasticè disputent, quotidiana, & Ius in quo versentur, ignorantes. Quin quod ipse Leo, continuator LL. Romanar. pro firmis iam tum & perpetuo valituris agnouerit Pacta de Successione disponantia; ac neque æquum esse, neque rationabili animali convenire pronuntiarit, pacta conventa per improbationem aduocari. Cum si quid aliud, hoc certe hominem deceat, vt verbis suis fidem præstet: nisi mendacis veritatem corruppendo, destitutus ratione, eorum albo, quæ ratione prædita sunt, excidere velit. Nou. Leon. 19.*

Falsum esse hodie, certam partem ad minimum testamentaria dispositiõni reservandam esse.

§. LXX. Sed ex antea deductis manifestum est, regulam illam: quod nemo adimere sibi testamenti factionem queat, quoniam mera tantum Romulea, & hypothesis de Iure Publico innititur, ad Germanos nullo modo applicari posse. Atque hinc magnopere adhuc illi etiam De. ineptiunt, qui, licet admittant Pacta successoria, haud aliter tamen ea subsistere posse arbitrantur, nisi quis certam bonorum partem, & ad minimum 50. floren. liberæ suæ dispositioni reservauerit. vid. Casp. Klock. Tom. III. Cons. 102. n. 137. seqq. & Cons. 114. n. 58. vt & de Contribution. Cap. 12. n. 201-208. quosque ibid. alleg. Andr. Gail. L. 2. obs. 127. n. 3. seqq. ibidemque cit. Iason in h. stipulario. 61. ff. de V. O. Evangelicam hanc appellitans doctrinam. Myler. ab Ehrenbach. de Princip. & statib. Imp. Cap. 25. §. 17. ab eoque relatus quo.



quorum error eo maior est, quod ad Principes quoque atque Status Imperii id pertinere existiment.

§. LXXI. Sed quorsum hactenus allata? Ideo nimirum ea prælibare volumus, quoniam de effectu atque reuocatione Testamenti Reciproci, quod potissimum hac in materia est, alia plane nobis aridet opinio, quam quæ communis est atque communissima, haud aliunde tamen, quam ex iure Iuriniæ petita. Ad hanc itaque rite diiudicandam elidendamque opus fuit, ut demonstrarem, omnibus numeris actum, hereditarias dispositiones continentium plerorumque, naturam hodie atque indolem, a Romulearum Legum Sanctionibus, diversam esse alienamque. Sed & de Pactis successoriis speciatim disquiri interfuit, quoniam præcipuas ex hac doctrina Cautelas infra suppeditare volumus; insuper vtriusque decisio iisdem e principiis desumenda est.

Applicatio  
corum, quæ  
hactenus di-  
cta fuerunt.

§. LXXII. Effectum itaq; atq; validitatem testamentorum Reciprocorum quod attinet, deprehendimus vnanimiter concludere Doctores, æque hæc ac quodvis aliud testamentum a quolibet pro sua parte, inconsulto, invitoque altero, corrigi, mutari, rescindique posse Carpz. P. 2. Conf. 2. def. 11. Recip. n. 1. seqq. & def. 12. n. 5. Item P. III. C. 7. def. 21. in f. 21 & C. 2. def. 12. Moller. L. 4. Semestr. c. 22. Berlich. Dec. 92. n. 1. seq. & P. 2. concl. 51. n. 26. Richter Dec. 38. n. 16. & Dec. 29. n. 17. Gaill. L. 2. Obs. 17. n. 2. Mynsing. Cont. 1. obs. 8. n. 6. Pruckm. Vol. 1. Conf. 1. n. 78. Vultej. Consil. Marburg. Vol. 1. Conf. 77. n. 1. Befeld. P. 6. Conf. 288. n. 5. 10. Dauth. de Testament. Rubr. de mut. testam. postest. n. 84. seqq. Franzk. L. 2. Res. 11. n. 16. seqq. Finckelth. obs. 90. n. 6. seqq. Consil. Argentor. Vol. III. Resp. 148. & Vol. 1. Conf. 84. n. 218. 259. & 264. Pet. Peck. de Testam. Coniug. L. 1. cap. 43. n. 1. seq. Schepflie. ad Consuetud. March. P. III. Tit. 2. §. 23. n. 1. 7. Rittershuf. Consil. Altorf. Resp. 58. p. 343. Muscul. de Success. Conuent. Class. membr. 3. lit. R. n. 37. Knipschild. de Fideicommiss. Famil. Illustr. Cap. 16. n. 80. Anton. Matthæi obs. Rer. Iudicat. 52. & 70. Mev. P. 9. Dec. 148. Nic. Resolut. Iur. Pract. 10. & quos distinctim allegare, tradet, Tiraquellos, Fichardus.



Olprad. Io. Andr. Sarmient. Rick. Roder. Suarez, Castillo, Tef-  
saur. Cæuallos. Grauen. Maynard. Gilken. Anton. Faber, Schef-  
fer, Rosa ad Moller. Esbach ad Carpz. Christina. aliique quam-  
plurimi.

Rationes il-  
lius ac fun-  
damenta.

§. LXXIII. Rationes asserti reddunt: quod duo distin-  
cta hic adsint testamenta. Posito vero hoc, istud sua sponte  
consequi: cum nihil prohibeat, priorem scripturam posteri-  
ori corrigere, commutare, rescindere, per *l. 17. ff. de adimend.  
vel transfer. Legat.* Quod item ambulatoria sit voluntas ho-  
minis, eaque testamenti natura, vt ad extremum vsque vitæ  
spiritum minui & reuocari queat, *vi. l. 4. & l. 17. ff. eod. l. 12. §. 3.  
ff. de Legat. 1.* atque in genere maxima libertas testandi, *l. 1. C. de  
SS. Eccles.* quæ nemini auferri possit *l. 22. pr. ff. de Leg. 3. l. 43. ff.  
de Vulg. & Pupill. Substit. & c.*

Examinantur  
& probantur  
ad Germanos  
hand appli-  
cari posse.

§. LXXIV. Enimvero ante omnia probe notandum  
est, testamenta reciproca a Germanis primitus introducta, &  
seculo iam VII., cum ne notæ quidem Romuleæ Leges in  
Germania essent, frequentata, hæcenusque retenta fuisse.  
Ex hinc vero ceu iam antea monstrauimus, consequitur, ge-  
nuina Quæstionis huius decidendæ fundamenta e Germani-  
cis itidem potius, quam Iustinianeis petenda esse Iuribus. Ac-  
cedit quod in hisce ne mentionem quidem factam, nedum  
cautum quid esse de Testamentis Reciprocis, certum atque  
manifestum sit, *vid. supra §. 5.* Et hinc cum textus isti omnes,  
& quicumque alii adhuc esse possunt, de simplicibus tantum sin-  
gulorum hominum vltimis voluntatibus necessario loquan-  
tur, patescit, quod & ideo huc pertinere nequaquam possint.  
Positis hisce, quæ negari non possunt, & vacillantibus vlti-  
marum voluntatum priuilegiis atque fauore, itemque rationibus  
omnibus, cur Reciproca testamenta alio, quam actus inter vi-  
uos reliqui, respectu diiudicentur. Siquidem & Iuris Publici,  
Gentiumque & Quiritium libertatis ac voluntatis ambulatori-  
æ honestatisque moralis, atque ex istis dependentis Axio-  
matis, libertatem testandi nullo vnquam modo impediri vel  
adi-



adimi posse, & si quæ sunt alia Iustiniani Iuris placita, Germanis citra summam absurditatem applicari haud posse, satis ex iis, quæ antea deduximus manifestum est; non potest non simul planum esse atque perspicuum, Testamenta Reciproca non magis mutationi esse obnoxia, quam quoduis aliud negotium inter viuos celebratum, Contractusue bilateralis.

§. LXXV. Namque negari non potest, in istis æque ac in his, mutuum quiddam vel reciprocum, aut vicissitudinarium, alternumue, siue pactum tacitum de se vel suis inuicem instituendis vel quomodocunque quis loqui voluerit, subesse. Conf. Dn. Schilter. *Ex. ad ff. 39. §. 57.* B. Dn. Brunnem. *Conf. 38. §. 19. & 23. ibid. alleg. iunct. §. 27.* At hinc necessario sequitur mutuan quoque fidem & obligationis exsolutionem æqualem utrinque requiri; mutationem vero, nisi consentiente atque approbante altera parte, nullam omnino fieri posse, vi vulgati istius, quodque in omnium ore volitat, Iuris Gentium atque naturæ Axiomatis: vnumquodque quo modo coaluerit, eodem etiam iterum dissoluendum esse.

§. LXXVI. Neque officit, quod per pactum istiusmodi tacitum captatoria fieri videatur dispositio; Captio enim nulla absque dolo fraudibusque contingere potest; Vbi vero utriusque eadem est conditio, nulla necessitas exigit, vt dolum fraudesue interuenisse fingamus. Quin & tale quid non præsumi, nisi probatum fuerit, notum est. Vid. Mascard. *de Probat. Vol. 2. Concl. 816. n. 61.* Quod autem aiunt, licet Coniuges communi mutuoque consensu testentur, secundum naturam actus tamen disposuisse, adeoque facultate testamentum revocandi haudquaquam semet abdicasse censer. Finckelth. *obs. 90. n. 8.* ibique cit. Sotomaior &c. parum roboris habere potest. Quoniam hæc assertio nullis aliis, quam quæ antea reiecit, principiis innititur. Quin & de simplicibus tantummodo testamentis, vt diximus, in Iure Rom. sermo est; vt taceamus, dolum necessario in actibus reciprocis inuoluere, si quis quod serio semet agere simulavit, postea iterum mutare velit,

Contraria  
sententia;  
Quod sc. Te-  
stam. Recipr.  
ab vna parte  
seorsim mu-  
tari non pos-  
sunt, defendi-  
tur.

Ad obiectiones aliquot  
respondetur,



velit, atque rescindere. Reliquæ obiectiunculæ vel nimium friuolæ sunt, vel eodem plane cum adductis recidunt. Multo vero magis adhuc dicta obtinent, si coniugum alter defunctus iam fuerit, quoniam tunc non amplius res integra fieri potest, vid. Dn. Schilter. *cit.* §. 57.

Quid, si Coniugum alteruter partem suam immutauerit, de altera parte habendam sit.

Sententia communis.

Examinatur.

Defenditur

§. LXXVII. His ita semet habentibus, superuacuum videri posset, quid ratione alterius partis, quando suam alteruter testantium immutasset, obrinere debeat, inquisiuisse: Verum constat in praxi eo tantum communiter respici solere, quo maxima Dd. turba feratur, quicquid de veritate fuerit. Atque fatendum omnino est, plerorumque, quos antea allegauimus, Dd. sententias eo redire; non liberum tantum esse superstiti, vt partem suam immutet, sed permanuram quoque nihilofecius defuncti dispositionem in vigore suo. Quoniam duo hic adsint testamenta, duæque hereditates, & nihil citra alterius partem qui suam revocare aut immutare voluerit, suscipiat. Itemque vltimæ voluntatis haud possint ab alieno dependere arbitrio, quod tamen eueniret, si ex facto vnius, alterius simul periturum diceretur testamentum, Vid. *cit.* //

Reliqua eadem sunt, quæ iam aliquoties retulimus. §. LXXVIII. At enim quod duo distincta fuerint testamenta, & alter circa alterius dispositionem nihil innouare instituerit, nihil quicquam ad rem facere potest. Nam & qui in Contractibus poenitere volunt, de suis tantum partibus solliciti sunt, commoda tamen ex alterius obligatione percipienda haud ideo sibi postmodum vindicare queunt. Vtut vero distincta sint testamenta, attamen connexa sunt, & respectum ad inuicem habentia. Deinde etiam falsum est, quod testamenta ab alieno arbitrio nullo modo dependere possint. Quatenus enim in heredis potestate positum est, num adire velit hereditatem nec ne, eatenus vtique voluntas testatoris ab huius arbitrio dependet. Vid. B. Dn. Brunnem. *Consil.* 38. n. 28. at dependentiæ nulla alia ratio in presenti existit.

§. LXXIX. Itaque verior omnino sententia est B. Dn. Brun-



Brunnem, *dec. l. §. 27.* Testamento ab vno Coniugum sub-  
 lato alterius partis dispositionem itidem atque simul euane-  
 scere. Siquidem quod alter alterum in testamento reciproco  
 heredem sibi constituerit, indole ac natura humana ratio nulla  
 reddi potest adæquator, quam quod ipse vicissim ab eodem  
 institutus vel institutus fuerit. Neque dubium est, quod si  
 in confectione huiusmodi testamenti rogatus fuisset testan-  
 tium alteruter, num subsistere partem suam veller, alterum-  
 que exinde emolumenta percipere, quamuis ille sua rescissa,  
 fidem factam sefellisset, pernegando responsurum fuisse. Vid.  
 Dn. Brunnem. *cit. l. n. 19. & 23. iun. l. 6. C. de Seruitut.* Posito  
 autem hoc & cessante causa finali institutionis heredis, neces-  
 sarium est, ipsam quoque institutionem euanescere. *per l. 4. C.*  
*d. Hered. Instit. P. Peck. d. Test. Coniug. l. 1. c. 44. n. 5. seq. Berlich.*  
*P. 1. Dec. 92. n. 5. Manz. d. Testam. Val. & Inval. T. 14. q. 2. n. 1. cum*  
*causa finalis cuiusque dispositionis anima sit, Gail. de Pignor.*  
*obs. 10. n. 3.* Atque in testamentis, quod pro sua voluntate in-  
 terrogatus, responsurus fuisset testator, pro expresso reputari  
 debeat. Klock. *Vol. 3. Conf. 110. n. 71.* Præsumendam item in  
 testamentis reciprocis æque ac quibusuis aliis actibus vicissi-  
 tudinariis esse clausulam: rebus sic stantibus, testantur, Man-  
 tic. *de Coniellur. Plrim. Volunt. L. 3. tit. 3. n. 21. Klock. cit. l. n.*  
*53.* Ita vt si res eo deueniat, quo verosimiliter colligi possit, aliter  
 dispositurum fuisse defunctum, reuera mutatum censeatur tes-  
 tamentum. Menoch. *de Præsumption. L. 6. Præf. 37. n. 35.* At-  
 que mutuo Coniugum consensu in hisce Testamentis talem  
 produci obligationem, vt si vnum non subsistat, nec alterum  
 possit subsistere, ex Bart. *in l. cum quis decedens ff. d. Legat. 3.* al-  
 legat B. Dn. Brunnem. *laud. Conf. 38. n. 25.* Multo autem mi-  
 nus heredes vnus Testatorum testamentum Reciprocum pro  
 parte illius infringentes, alterius saluam adhuc velle queunt,  
 vel assignatas inibi, portiones sibi vindicare; Exceptione doli  
 vel in factum sine dubio tali casu locum habitura, cum non pos-  
 sit non contra bonam fidem agere censeri, qui ex eo quod an-  
 tea



tea impugnauit, postea siue mediate siue immediate lucrum captare conetur. Vid. Dn. Brunnem. *d. l. §. 26.* ibique elisum de vno saltem non utroque testamento impugnato, subterfugium.

Quid si Coniuges sibi promiserint, se Testam. mutare nolle ?

§. LXXX. Ex iis, quæ diximus, haud amplius obscurum esse potest, quid de illo sentiendum sit casu, si Coniuges sibi inuicem pacti fuerint, vel promiserint, sese dispositiones suas corrigere, aut mutare nolle. Cum argumenta in contrarium adduci solita omnia, aliquoties iam refutauerimus. Minus vero adhuc dubii res habet, si iuramentum insuper accesserit. Licet enim hodiernum aliqui inualidum id fore arbitrentur, quoniam contra substantiam sit testamentorum. Harprecht. *ad §. 2. n. 6. seqq. Instit. Quib. mod. testam. infirm.* Bachov. *ad Treutler. Vol. 2. Disp. de Testam. 10. lit. B.* argumenta tamen quibus vtuntur, mere Ciuilia sunt. Notum vero est, in materia iuramentorum receptam vbique iuris esse Canonici Doctrinam, quod vt indistinctum omnia, quæ absque dispensatione animæ seruari possunt, seruentur iuramenta præcipit. Gail. *L. 2. Obs. 39. §. 14. seqq. & Obs. 40. n. 3. seqq.* Neque admittenda ista quorundam est distinctio, quod testator quidem periurus fiat, testamentum tamen mutare nihilominus possit. Reufner. *de Testament. P. 4. c. 9. n. 20.* Wefenbec. *P. 2. Conf. 88. num. 22. inf. Setzer. de Iurament. l. 1. c. 25. n. 48.* Gilken. *ad l. 27. n. 22. C. de Testam.* Cum absque delicto concipi non possit; malitiam autem indulgendum non est *l. 38. ff. de R. Vind.*

Cautela general. vt actibus int. viv. de Success. sibi caueant Coniuges.

De Pactis dotalibus.

§. LXXXI. Ceterum quæ præter huiusmodi pacta de non reuocando vterius hoc in negotio suppeditari possit, præcipua atque generalis hæc est cautela; vt actibus inter viuos potius, quam vltimam voluntatem continentibus, sibi inuicem prospiciant Coniuges ludibria deuitare cupientes. De Pactis Reciprocis in genere, eorumque effectu actum iam antea est; restat autem, vt in specie de Pactis dotalibus, quæ potissimum huc pertinent, penitius aliquanto hic loci dispiciamus. De Successione inibi caueri posse, parum vti probauimus



mus, hodie dubii habet. At num, in quantum dispositio-  
nem eiusmodi continent, naturam suam retinere queant, aa  
vero quoad istam partem in classem vltimarum voluntatum  
reicienda sint, adeoque iuxta opiniones Dd. mutari ab alter-  
viro corrigue queant, satis controuersum est. In genere qui-  
dem & summam neque per modum vltimæ voluntatis, neque  
alia quacunque dispositione, ab vno Coniugum altero inuito ac  
in eius præiudicium immutari posse Pacta dotalia, omnes confi-  
tentu. Vid. Conf. Argentorat. Vol. 2. Consil. 12. n. 50. Coler. De-  
cis. 286. n. 177. Thomin. 2. Conf. 9. n. 34. Carpz. P. 11. C. 43. def.  
11. & L. 6. tit. 6. Resp. 52. n. 16. Christinæ. 3. dec. 135. n. 1. Quin &  
concedunt Statutis & Consuetudinibus per ea derogari posse,  
adeo vt quid hisce circa Successionem Coniugum statuatur,  
haud attento, Pacta dotalia præcise, perpetualiter, irreuoca-  
biliter &c. seruari debeant. Coler. dict. Decis. 286. n. 249. & 275.  
Carpz. P. III. C. 20. def. 1. n. 5. Berlich. Dec. 92. inf. Klock. III.  
Conf. 123. n. 91. & 93. Bachou. ad Treutl. 2. Disp. 7. th. 7. lit. A. add.  
Schurf. 2. Conf. 17. n. 4. seqq. Schneidewin. ad Instit. Lib. III. tit.  
1. Rubr. de Success. inter Vir. & vxor. n. 1.

§. LXXXII. At enim vero quando ad Quæstionem, quid  
alterutri paciscentium separatim circa dispositiones eiusmodi  
successorias liceat, in specie deueniunt, tum gregatim iterum  
ad Ius Romanum confugiunt, ac quasi nihil de Pactis, iuxta ge-  
nium Iuris & morum Germanicorum, dixissent, (quod tamen  
feri oportuit, quoniam pactis de Iure Rom. nunquam & nullo  
modo transferri possunt hereditates, ceu notum est) omnia ex  
principiis istius emetiri volunt. Atque hinc inter Pacta simpli-  
cia ac mixta distinguere solent. Et hæc quoad istos articu-  
los, quibus de Successione disponitur, naturam vltimarum vo-  
luntatum inducere, & vel vt donationem mortis causa, vel co-  
dicillum, vel simili aliquo titulo subsistere dicunt. Vid. Consil.  
Argentorat. Vol. 3. Resp. 187. p. 1426. Coldebac. inter Consil. Brun-  
nemann. 165. n. 22. aliique passim.

De distincti-  
one Dd. inter  
pacta simpli-  
cia & mixta.

§. LXXXIII. Posito hoc, Pacta de Successione in In-  
Mixta vulgo  
stru-

G

stru-



pro mutabili. Instrumentis dotalibus comprehensa, neque ullam obligationem  
 bus haberi. contrahere, neque testamenti faciendi libertatem adimere  
 posse contendunt. Klock. T. III. Conf. 114. n. 13. seq. 47. seq. Ber-  
 lich. 2. Concl. 51. n. 2. Sed eatenus tantum subsistere, quatenus  
 vterque in voluntate sua vsque ad extremum vitæ suæ spatium  
 permanserit Klock. cit. Vol. 3. Conf. 12. 3. n. 53. seqq. Conf. Confil.  
 Argentorat. Vol. 2. Conf. 12. n. 58. Quantumvis Clausula: daß als  
 les stät/ fest und unverbrüchlich gehalten werden solle/ mit Bege-  
 hung aller Exceptionen und Einreden/ an Eydtes stätt/ adiecta  
 fuerit. Confil. Argentorat. Vol. 3. Resp. 187. p. 1428. Mynsing.  
 2. Obf. 33. n. 9.

Examen ra-  
 tionum iustius  
 opinionis.

§ LXXXIV. Rationes, quibus hanc opinionem stabi-  
 liunt, eadem iterum sunt, quas iam toties examinauimus.  
 Quod nempe pacta non sint legitimus hereditates transferen-  
 dimodus, vtpote, quæ testamento tantum & Lege transmit-  
 tantur &c. Vid. Conf. Argentorat. cit. Resp. 187. p. 1426. Col-  
 debac. inter. Confil. Dn. Brunnem. 105. n. 49. seqq. Verum quia  
 nullum amplius hodie locum istas habere posse satis demon-  
 stratum supra fuit, necessum est, hanc simul distinctionem  
 evanescere; quæ & alias in naturam ac indolem vltimatum  
 voluntatum, quam maxime impingit quippe quæ vnus tantum  
 assensu & voluntate consistere possunt l. i. ff. Qui testam. fac. poss.  
 cum tamen hoc loco negari non possit, eam reciprocam atque  
 conuentione partium expressa fulcitam fuisse. Ita enim com-  
 munitè in Factorum dotalium formulis exprimi solet: Ferner  
 ist/ was die Succession anlanget/ von beyden Theillen abgeredet  
 und verglichen worden ic.

Relicitur et-  
 iam distin-  
 ctio: Num  
 de tota here-  
 ditate, vel  
 certa scilicet  
 parte disposi-  
 tum fuerit.

§ LXXXV. Atque hinc etiam nonnulli distinguunt;  
 num de integra hereditate vel parte quota actum fuerit, an  
 vero de certa tantum & definita portione seu parte quantæ.  
 Et hoc casu haud transfundi dicunt Pacta Dotalia in vltimas  
 voluntates, sed remanere verum actum inter viuos, & conuen-  
 tionem istam de succedendo pro contractu innominato cen-  
 sendam esse. Vid. Resp. Argentorat. Vol. 3. Resp. 98. p. 511.  
 At





At si hoc verum est, nihil obstat quo minus etiam de tota hereditate pactum concipiatur. Nam vni non magis minusue ac alteri obstant Iura Romana. Iuribus autem Germanicis ac moribus hodiernis, ceu supra diximus, neutrum vllatenus repugnat. Conf. Andr. Kohl. *de Pact. Dotal. P. 2. n. 71.* quosque citat ibid. iunct. Pruckm. *Vol. 2. Conf. 25. n. 24. seqq.* Quidiferte quod moribus Germaniæ introducum sit, vt Pacta de Successione in Instrumento dotali comprehensa subsistant, attestantur. Possêt & huic sententiæ suppetias ferre regula. Dd. quod conuentio licet per se in efficax, transeat in naturam eius rei, cui adiungitur, valeatque secundum naturam eius actus, cui adhæret vel accedit. Confil. Argentorat. *Vol. 2. Conf. 12. n. 5. seq.*

§. LXXXVI. Itaque verior omnino est sententia, quod Capitula dotalia quoad omnes suas partes in totum nullo alio modo regulariter, quam vtriusque Coniugis accedente consensu, infirmari possint ac rescindi. Istud enim, quod de Successione hoc modo constitui quid possit, totum ex fontibus Iurium Germanicorum deriuatum est, atque ex iisdem etiam per consequens diiudicandum. Sed Pactorum eam semper fuisse naturam atque indolem apud Germanos, vt seruarietur, iam aliquoties monuimus, neque ignotum est. Conf. Dn. Stryk. *de V. Modern. tit. de Pact. §. 1. f. 99.*

§. LXXXVII. Quod si vero tandem de Praxi, quantumque veritati confidere quis tuto possit, dicendum fuerit, haud facile melius res expediri poterit, quam vt distinctio admittatur cum Aut. Confil. *inter Argent. Vol. 3. 187. p. 1428.* inter diuersa diuersorum Locorum statuta, & in Iudiciis receptam Consuetudinem. Ita vt alicubi haud aliter ac in vim testamenti, similemve quandam vltimam voluntatem subsistant; vt in Paletinatu, Saxonis & Ducatu Wurtemberg. ceu ibidem refertur. Alibi vero plenam actuum inter viuos aliorumque quorumuis Pactorum autoritatem obtineant, nullaue alia via immutari vel destrui possint, nisi vtroque paciscentium

Defenditur  
contraria  
sententia.

Quid in Praxi  
obtinere.

obtinere  
vbi quodam



concurrente. Atque hoc modo distinxisse opus est, quia nimis intulit, quod ex Decio Fontanella *supra cit. loc.* refert. Et quamvis erronea nitatur hypothesis altera ista opinio, vigorem tamen vsu, quin & publicis Sanctionibus dict. in locis affectata est.

Communis,  
& presumen-  
dum esse,  
quod Pacta  
Dotalia, quo-  
ad omnes su-  
as partes im-  
mutabilia  
sunt.

§. LXXXVIII. Interim autem communis est, ac tam-  
diu presumendum, donec contrarium demonstratur, nulla  
su parte reuocabilia esse Pacta dotalia. Vid. *cit. Conf. 187. dict. l.*  
ibi: daß dergleichen Eheveredungen / darinnen / was auf eines  
oder des andern Ehegemächts Todesfall / das überlebende von  
des erst verstorbenen Haab und Gütern eigenthümlich oder  
nützlich haben und behalten / oder auch andere / Verwandte  
der Fremdde; entweder ex asse oder ex parte erben / oder *per*  
*legata*, vel *m. c.* donationes zu gewarten haben sollen / statui-  
ret; und geordnet worden / heutiges Tages entweder statutis  
& Constitutionibus approbiret / oder doch durch widrigen Ges-  
brauch dermassen qualificiret / daß sie fest bey allen Nationen  
in- oder aussershalb Gerichts passiren / und eben so gültig /  
kräftig und unwiederrüfflich sind / als dasjenige; worüber  
wegen der Ehesteuer ic. Handlung gepflogen. Add. Klock. III.  
*Conf. 114. n. 17. seqq. & n. 50. seqq. & Conf. 127. n. 87. seqq. Colet.*  
*Dec. 286. n. 174. Consil. Argentor. Vol. 1. Conf. 76. n. 1. & Conf. 10.*  
*n. 49. seq. vt & Conf. 12. n. 8. seq. itemque 19. n. 5. seq. Cothman.*  
*Vol. 2. Conf. 78. n. 159. seqq.*

Cautela quo-  
ad Saxon. vt  
Pacta Dotal.  
Actis insinuan-  
entur.

§. LXXXIX. Caterum & illud, quod antea in Saxo-  
nia contrarium obseruari diximus, Exceptionem admittit;  
quando Pacta dotalia presentibus partibus Actis insinuatur.  
Eo namque casu in vim pactorum valere posse, constituitur,  
Constit. August. Elect. Saxon. P. 2. *Constit. 43.* add. Moller.  
*ad eand. n. 6.* Et hoc sine dubio ad cetera quoque similia  
locorum statuta applicari potest, indeque pro Cautela ob-  
seruandum.

Quomodo  
provide de

§. XC. Istud etiam Cautelæ loco adhuc notan-  
dum est, quod qui bene sibi prospicere voluerit, ea omnia  
sedu-



fedulo deuitare debeat, ex quibus Pacta dotalia in vltimas voluntates degenerare Interpretes opinantur. Quo potissimum formulæ pertinent, quibus bona sua alter alteri assignat. Quod si enim dictum fuerit: In casum mortis Coniux superstes omnia bona retineat vel habeat, Pacta erunt simplicia & actus inter viuos; si vero scribatur; succedat, vel similis quædam vltimam voluntatem redolens vocula vsurperur, mixta erunt & in vltimarum voluntatum ordinem incident. vid. Ill. Dn. Stryk. de Caut. Contract. Sect. III. Cap. 8. §. 21. iunct. §. 22. vbi Limitatio continetur: Si verba tantummodo modum succedendi respiciant.

Successione  
in Pact. Do-  
tal. constitui  
debeat.

§. XCI. Similiter, si mortis mentio facta fuerit in Pactis Dotalibus, tum ea in donationem m. c. transire communiter perhibent. Vid. Coldebac. *Consil. inter Brunnem. 165. n. 23.* & quos citat, Gilken, Iafon, Barthol. &c. Quod tamen sano sensu, & iuxta datam modo limitationem intelligendum. Item, si Clausula, quod valere debeant in vim m. c. donationis, vel alterius cuiuslibet vltimæ voluntatis, seu, quod idem est, Codicillaris adiecta fuerit. Brunnem. vel potius Coldebacitis *cit. loc. §. 27.* At hoc iterum aliis demum circumstantiis simul concurrentibus, verum est, absolute vero intellectum, nullo nititur fundamento; Ceu & illud, quod Pacta matrimonialia, si quinque testes intervenerint, ad naturam vltimarum Voluntatum inclinent. Pruckm. *Vol. 1. Conf. l. n. 156.* Quoniam actus ex intentione agentium iudicandi sunt. Vid. Dn. Stryk de *Caut. Contr. Sect. III. C. 8. §. 23.* Clausula vero ista ac quinque testes eum saltem in finem adiecti censentur, vt negotium, si quando in vim contractus haud subsistere posset, sustentent; alias pro superfluis, quæ non nocent, habenda. *cit. C. 8. §. 17.* Et ista ratione clausulam codicillarem Pactis dotalibus inferi, adhibitis simul quinque testibus atque supposito falsam illam hypothesein, quam antea reiecimur, in praxi receptam esse, vtcunque vtile esse poterit. Alias vero proficuum quam maxime erit, vt de mente atque proposito Pacta simplicia condendi expresse

Quid obti-  
near, si Cl.  
Codicill ad-  
iecta fuerit,  
vel V. testes  
adhibiti? &c.



profestentur Pacificentes. Sæpius laud. *Cap. 8. de Caut. Contr. §. 23.* Pluribus de hac materia agitur, & varia ynde alterutrum, testamentum nimirum, vel actus inter viuos, præsumi debent criteria deducuntur in *Resp. Argent. Vol. 3. Resp. 99.*

De Effectibus  
Quæst. Num  
Pacta Dotal.  
vt Actus inter  
viuos, an v. in  
vim tantum.  
vit. cuiusd.  
volunt. sub-  
sistant,

§. XCII. Ceterum quæstionis huius num Pacta dotalia in vim testamentorum tantum, an vero, vt actus inter viuos subsistant, præter communem istam *Dd. de reuocatione* atque mutabilitate hypothesin, alii quoque adhuc nonnulli sunt effectus. Siquidem posita sententia posteriori, duos inter fuisse testes, omnino sufficit. *arg. l. 12. ff. de Testib. At priori causa §. ad minimum necessarii sunt. arg. l. vlt. C. de Codicill. Pruckm. Vol. 2. Conf. 18. n. 75.* Deinde, si Pacta dotalia, vt actus inter viuos concipiuntur, & marito plus inibi quam 1000 thal. assignentur, necessarium est, vt actus inueniatur Pacta, ob *text. in Auth. Decurs. C. de donat. ante Nupt. Add. Dn. Stryk. Sect. III. Cap. 8. §. 38.* Vicissim, si metus sit, in vim vltimæ cuiusdam voluntatis tantum valitura Pacta, & alter alterum plenarie sibi succedere cupiat, opus omnino est, vt *Falcidix* expressa fiat prohibitio. Quæ alias sine dubio locum hic, æque ac in m. c. donatione. *l. 5. C. ad L. Falcid. inueniret cit. cap. 8. §. 36.* Exceptionem tamen quoad Electoratum Saxonix vid. ap. *Carpz. P. 3. c. 1. def. 11.*

De Cautela  
vt maritus  
solus tam de  
suis quam  
vxoris Bonis  
testetur,

§. XCIII. Pro marito speciatim Cautelam nonnulli tradunt, vt ipse solus tam de suis propriis, quam vxoris quoque bonis reciprocum condat testamentum, illudque ab vxore deinde approbari ac subscribi curet; hoc enim si fecerit, irreuocabile futurum quoad ipsam testamentum, maritum vero pro lubitu illud mutaturum, rescissurumq; *Vid. Ducker. Disp. de hodiern. Iure testament. Cap. IV. §. 21.* Rationem asserti reddit: quod tum pro vnico haberi debeat testamentum, adeoque non possit pro parte valere, pro parte minus. Nec ob stare ait, quod nemini testamentum suum mutandi vel reuocandi libertas adimi possit, hoc enim casu vxorem marito testanti consentientem videri per modum Contractus esse obli-



obligare, qui si semel perfectus sit, nullam amplius poenitentiam admittat. Add. Carpz. P. 3. *Consl.* 2. *def.* 13. Scheffer. P. 3. *Q.* 49. n. 254. Berlich. P. 3. *Decis.* 92. n. 6. Christina. Vol. 4. *Dec.* 12. n. 2. Et hæc quidem, dummodo satis probarentur, egregie admodum pro maritis dicta forent; At quoniam alias Iuris Romani principia cit. Autores retinere, omnino verendum est, parum in foro allatura præsidii. Vtpote e diametro Legibus Romanis aduersantia. Nam testamentum ipse quis sibi condere debet. l. 68. ff. d. *hered. instit.* l. 52. ff. d. *Condit. & demonstrat.* nec in arbitrium alterius conferri potest l. 70. ff. *dist. tit.* l. 64. ff. d. *Legat.* 1. Carpz. P. III. c. 5. *def.* 19. n. 1. Et sane fraudibus nunquam hic locus præcludi possit. Add. Dn. Brunnem. *Consl.* 33. n. 5. & ad l. 1. ff. *qui testam. fac. poss.* vtut fortassis iuxta sensum Iuris morumque Germanicorum, locum haud omnino nullum dicta Cautela, ceteris tamen paribus, & ita vt marito quoque communibus inhærere placitis omnino necessum foret, inuenire possit.

§. XCIV. Verum illa procul dubio maioris momenti atque securior cautela est, vt actis insinuent Testamentum suum, vel quamcunque vltimam voluntatem reciprocam. Coniuges, ibidemque mutuo de seruandis communibus placitis sibi stipulentur. Vid. Richter. *Dec.* 22. n. 20. Quamuis enim negari non possit, quod & hoc Iuribus Romanis aduersetur; non tamen ferendum est, vt ad omnia, Legum Romulearum placita, foeda adulatione extendantur. Et adducitur quoque præiudicium Lipsiense Richter. *dist. loc.* atque autoritates.

§. XCV. Similis huic cautela est, vt testamentum, ceterasque suas vltimas Voluntates per actum quandam inter viuos, Donationem v. g. postmodum confirmet Coniuges. Quoniam enim tum istud in naturam huiusmodi actus transfunditur. Vid. Petr. Fontanella *Dec. Catalan.* Vol. 1. *Dec.* 173. *seqq.* *ibidemque cit. ll.* Inde consequitur, etiam simul irrevocabile futurum esse. Qua de re præiudicium Senatus

Cautela vt actis insinuentur Pact. Dotat.

Alia Cautela vt per Actum quandam inter viuos confirmetur testam. recip.

Cata-



Cataloniensis exhibet Fontanell. *dist. loc.* Et quanquam haec Cautela, quod ad donationem speciatim attinet, inter Coniuges haud obtinere posse videatur, quoniam constat, nisi morte confirmatas nullas inter eos donationes subsistere; ita autem nulla maior foret certitudo; attamen quia Dd. communiter reciprocam liberalitatem Coniugum admittere solent. vid. Carpz. 2. 13. *def. 20.* Gail. 2. O. 40. §. 7. 8. adeo ut nec insinuationem, si 500. solidos excefferit, requirant. Dn. Schilter. *Ex. ad ff. 43. §. 13.* Gail. *cit. loc.* Hinc non apparet, cur dicta locum habere nequeant, proque Donatione reciproca simile Coniugum Testamentum, illa confirmatum, haud accipiatur. Istud etiam fortassis in praxi non inutile foret, quod Gail. *dist. loc.* de Donatione cum iuramento tradit. Quoniam nempe ita inualuit, ut Iuramenta pro rebus in commercio positis habeantur. Reliquorum inter viuos negotiorum cum eadem sit ratio, idem quoque in hac materia fuerit iudicium. Illud saltem obiter monemus, quod ex isto exemplo pateat, quam parum sibi interdum in tractatione rerum testamentariarum constare soleant Dd, Dicta enim Iuribus Romanis e diametro aduersari manifestum est. *vid. sup.*

De Preser-  
uatione donan-  
di in Pact.  
Dotal. faci-  
enda.

§. XCVI. Minus interim utcumque dubii res habere poterit, si Coniuges antea donandi sibi constante matrimonio facultatem in Pactis dotalibus reseruauerint. Cum enim in quouis actu & negotio ad initium respiciendum sit. *l. 78. pr. ff. de V. O. & relatum referenti cum omnibus suis qualitatibus inesse censeatur l. 77. ff. de hered. Inst. l. 6. de Reb. Cre- dit.* Inde nihil noui a Coniugibus tali casu dici potest suscipi, sed in effectum saltem deducunt, quod ante Nuptias, cum liberum adhuc permiffumque id ipsis esset, iam tum inchoauerant. Atque adeo Leges etiam de prohibitis coniugum donationibus loquentes, huc pertinere nequeunt. vid. Conf. Argentorat. *Vol. 3. Resp. 187. p. 1438. & p. 1999. ac 1440.* vbi praedicta aliquot hanc in rem producantur. *Add. Resp. 101. p. 574. & 573.*

§. XCVII.



§. XCVII. Cum primis autem proficua euadit huius-  
 modi reſeruatio, ſi donatio vel teſtamentum reciprocum illa reſeruatio  
 confirmatum inæquales portiones habuerit. Quoniam tum quam maxi-  
 diſpoſitio, niſi de liberali animo alterius partis conſter, ceu me prodeſſe  
 mox dicemus, ſubſiſtere non poteſt. Sed hoc eſſe nequit, queat  
 niſi libera & permiſſa fuerit liberalitas. Quod ſi alicubi non  
 inter vivos tantum, ſed etiam vltimis in voluntatibus dare ſi-  
 bi, vel relinquere prohibeantur Coniuges, qualia ſtatuta Ar-  
 gentorati inter alia obtinere teſtatur Autor *Conf. inter Argen-  
 tor. V. III. Reſp. 187. p. 1439.* illis caſibus eadem obſeruanda foret  
 Cautela de Liberalitatibus m. c. quam modo de donationibus  
 inter vivos ſuaſimus.

§. XCVIII. Poterant quidem, ni præter opinionem ha-  
 denus nobis excreuiſſet tractatio, aliſque etiam detineremur remiſſus ad-  
 impedimentis, varia adhuc alia dici; de Reuocatione per per- huc mentio  
 ſonam intermediam, item quomodo præcauendum ſit, ne ſit.  
 dolo, metu vel blandimentis quid ab alterutra parte geſtum  
 fuiſſe, argui poſſit, præcipue in caſibus, vbi magna inſtituti-  
 onis inæqualitas apparet. Nam & in genere Dd. invalidam  
 pronuntiant teſtamentum reciprocum, ſi non vtrinque ead-  
 dem lucri atque commodorum ratio obſeruata fuerit. vid.  
 Pruckm. *Vol. 2. Conf. 1. n. 21. iurct. n. 122. & Conf. 18. n. 152. & ſequ.*  
 quod tamen cæteris paribus, haud admittendum videtur. vid.  
*ſupra §. XI.* (vbi ad integrandum ſenſum, quod modo diximus,  
 poſt allegat. Tiraquell. addendum eſt) add. Fontanella *de Paſſ.*  
*Nuptial. Cl. 4. Gl. 7. P. 2. n. 14. ſeq.* vbi de meritis Coniugum  
 erga ſeſe inuicem agit, & donatione Remuneratoria, quosque  
 ibid. cit. Gail. & Menoch.

§. XCIX. Interim tamen provide omnino, quod ibi-  
 dem monuimus, tali caſu agendum erit, quoniam facile frau- cauenda ſu-  
 des interueniſſe inter Coniuges præſumitur, metumque; ſpicione  
 præprimis quod mulierem atinet, vid. Pruckm. *Vol. 2. Conf. 2.* fraudis at-  
*n. 431. ſeqq. ii. n. 541. multisque ſeqq.* Vnde & mulieri, ad exclu- que metus.  
 dendum metum reuerentialem adhibendos eſſe Curatores

H

pro-



proximosque Confanguineos, consulit B. Dn. Brunnem. *Conf. 37. n. 10.* Idque ita usu in Electoratu Brandenburg. receptum esse, testatur Schepliz. *ad Consuetud. March. P. III. tit. 2. §. 6. n. 2.* add. Pruckm. *cit. loc. n. 556.* De blandimentis in genere, quandoque fraudes ac dolus metusue coargui possint, plenissime egit Ill. Dn. Stryk. *Disp. de Iure Blanditiarum.* Vnde quæ hic addi debuissent depromi poterunt. Add. Pruckm. *cit. Conf. n. 532. seqq. Richter Tom. I. Decis. 27.*

Conclusio.

§. C. De cætero cuiuslibet arbitrio relinquimus, ut principia a nobis suppeditata ad casus & quæstiones speciales accommodet, vel etiam, quæ ex generalibus fundamentis vltimarum voluntatum, ceu & ab initio monuimus, huc applicari debent. Istud vero Coronidis loco addendum est, quod animus nobis haudquaquam fuerit Iudiciorum praxin aut decisiones conscribere, sed proponendum fuerat specimen quoddam Academicum, quem finem assecutos esse, hac vice nobis sufficit. De reliquis ut excusamur, quæsumus.

I. S. D. G. C.  
O. V. E. C. N.





SAMUELIS STRYKII, JC.

Ad

*Clarissimum & Consultissimum*

Dn. Christ. Frid. Junium,

PRO LICENTIA DOCTORALI

cum laude disputantem,

Προσφώνησις.



Mplissimus mihi pa-  
teret elogiorum campus in  
quem excurrere liceret si  
connata tibi modestia obi-  
cem mihi non posuisset. Et-  
enim si quisquam alius, Tu

sane meruisti, ut inter probos ac industrios  
LL. cultores primo colloceris loco; ex eo enim  
tempore, quo ex Academia Altorfiana ad no-  
stram Fridericianam accessisti, quod jam ultra  
triennium est, nihil antiquius tibi fuit, quam  
post serium Divini nominis cultum ab ore Pro-  
fessorum pendere, & audita, quod ajunt, in  
succum & sanguinem convertere. Inde non  
tantum, quæ ad Theoriam Juris pertinent, fa-  
miliaria tibi reddidisti, sed in jure etiam ad fa-  
ctum

H 2

ctum



Etum applicando, occasione Tibi data, in exercitiis forensibus in hunc finem institutis, iudicii tui acumen dilucide ostendisti, nihilque intactum reliquisti, quo Patriæ tuæ commodis ex voto promovendis aliquando operam navare posses. Quibus ita feliciter peractis, non dubitavit Collegium nostrum ad summos V. J. honores tibi aditum pandere, & postquam in utroque Examine insignem tuam Eruditionem omnibus probasti, Doctoris gradu unanimi calculo te dignum pronunciare. Ego plura, quæ jure meritoque in tui commendationem dici poterant, memor modestiæ tuæ, lubens prætermitto, & unicam hanc votorum meorum summam addo, ut Deus O. M. animi corporisque vires gratia sua augeat, & tibi occasionem præbeat, quo Eius gloriam, Reip. salutem, & Justitiæ, quæ propemodum suppressa jacet, incrementum, largissime promoveas. Vale. Dabam e Musæo die IV. Maj. clob MCCII.



Halle, Diss.) 1702 (Sa/Stryk)

ULB Halle

3

001 540 882



Sb.











1702 356 34.  
22  
2. D. B. V.  
THESES INAUGURALES

DE  
**TESTAMENTIS  
CONIUGVM RECI-  
PROCIS,**

Quas  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
DN.

**FRIDERICO WILHELMO,**  
REGNI BORUSSICI, ELECTORATUS, ET PROVINCI-  
ARUM BRANDENBURG. HÆREDE, & reliqua,

IN ACADEMIA REGIA FRIDERICIANA  
EX DECRETO ILLUSTRIS FACULTATIS IURIDICÆ,

PRÆSIDE  
DN. IO. SAMVELE STRYKIO, D.

PROFESSOR. PVBL. & h. t. DECANO,  
PATRONO SVO PER OMNEM VITAM MAXIMOPERE COLENDO,  
PRO LICENTIA

In Vtroque iure legitime obtinenda,  
IN AUDITORIO MAIORI

D. VI. Apr. An. MDCCII. Hor's ante- & pomeridianis,  
Solemni Eruditorum disquisitioni submittit

**CHRISTIANVS FRIDERICVS IUNIVS,**  
Onoldo-Francus.

Hale, Typis CHRISTOPHORI ANDEREA ZEITLERI, Acad. Typogr.